Sed contra ꝑdicta pmo arguit͂. Vox incōplexa est pars vocis complexe: ꝛ in ipsa cōtinet͂. igit͂ vnum membrū huius diuisionis cōtinetur in alio: ꝛ ꝑ ꝯñs mēbra nō sūt opposita nec diuisio ē sufficiēs. ¶ Scđo sic: oīs cōceptus est incōplexus: sed vox significat ꝯceptū. ergo oīs vox est incōplexa: ꝛ sic diuisio est insufficiēs. maior ꝑz: q2 intellectus nō pōt plura simul itelligere: sz vnū tm̄. ergo oīs cōceptus est incōplexus ¶ Tertio sic: oro ē tm̄ vna vox significatiua: ꝛ nō cōtinet plures voces cū sit vnū nomen: igit͂ male dr̄ q̄ quedam est vox cōplexa vt oro ¶ Quarto sic. omne cōplectens vocē ꝛ significatū est ꝯplexū: sz oīs vox ꝯtinet vocē ꝛ significatū. g̃ q̄libet vox est cōplexa: ꝛ nulla est incōplexa. ¶ Quīto sic: oīs vox componit͂ ex litteris ꝛ syllabis que grāmatici liter elemēta vocant͂. igit͂ quelibet vox est cōplexa: g̃ male dr̄ q̄ aliqua est incomplexa vt nomē ꝛ verbum.

Ad argumenta. ¶ Ad pm̄ dr̄ q̄ lz vox incomplexa māliter ꝯtineat͂ in voce cōplexa nō tn̄ formaliter tanq̄ ꝑtinēs ad formā vocis cōplexe. ꝛ lz in voce cōplexa maneat forma vocis incomplexe: tn̄ illa se hz ꝑ modū materie respectu forme totius vocis cōplexe. ¶ Ad 2m dr̄ q̄ lz intellectus noster possibilis nō possit itelligere plura siml' ꝑ modū pluriū. tn̄ pōt itelligere plā se hn̄tia ꝑ modū vni': q2 plura simplicia ibi sūt sub vna ꝯplone. ¶ Ad 3m dr̄ q̄ si sumat͂ oro ꝓ illa voce vl' itemōe: tūc ē vox icōplexa. sz si sumat͂ ꝓ re subiecta itentiōi siue ꝓ significato illi' vocis vt hī sumit͂: tūc ē vox ꝯplexa. ¶ Ad 4m dr̄ q̄ si capiat͂ ꝯplo gnāl'r ꝓ quacunq; ꝯplone reali vel ēt rōnis. tūc ꝯcedit͂ q̄ oē ꝯplectēs vocē ꝛ significatū est complexū. sed si capit͂ specialiter pro vnione pluriū vocū significatiuarū vt hic sumit͂ in ꝓposito sic maior est falsa. ¶ Ad qntū dr̄ q̄ lz vox significatiua cōponat͂ ex lr̄is ꝛ syllabis tanq̄ ob' elemētis: q2 tn̄ nō sūt voces significatiue. ideo nō debet dici q̄ sit vox complexa.

Nomen est vox significatiua ad placitum sine tpe cuius nulla pars separata aliquid significat finita ꝛ recta. Vox ponit͂ in diffinitiōe nois pro gn̄e. Significatiua ponit͂ ad differētiā vocis nō significatiue. Ad placitū ponit͂ ad differētiā vocis significātis nāliter. Sine tpe ponit͂ ad differētiā v̄bi qđ significat cū tpe. Cuius nulla pars separata aliqđ significat ponit͂ ad differētiā orōnis cuius ptes separate aliqđ significant. Finita ponit͂ ad differētiā nois infiniti: vt nō hō: qđ non est nomē ꝑm dialecticū sed nomē infinitū. Recta ponit͂ ad differētiā nominū obliquoꝝ: vt Catonis catoni que nō sunt noīa ꝑm dialecticū sed noīa obliq̄. Vn̄ solus noīatiuus siue rectus dicit͂ esse nomen ꝑm dialecticum.

¶ Postq̄ auctor determinauit de sono ꝛ voce que sunt pncipia materialia partiū orōnis: hic consequēter determinat de partibus orōnis. s. de noīe ꝛ v̄bo p̄ncip̄ de tota orōne: eo q̄ partes ex qbus fit aliqđ totū nāliter ꝑcedūt ipm totū. ꝛ q2 nomē substātiā significat a qua egredit͂ actus. v̄bum v̄o significat actū egrediētē a substātia ideo prius determinat de noīe q̄ de verbo ipsum sic diffiniens: Nomen est vox significatiua ad placitum sine tēpore: cuius nulla pars separata aliqđ significat finita ꝛ recta.

Pro quo sciēdū pmo q̄ vox in ista diffinitiōe ponit͂ loco generis. q2 vox habet modū generis respectu vocis significatiue ꝛ non significatiue ꝛ totū residuū ponit͂ loco differētie. s. significatiua ad differētiā vocis non significatiue. ad placitū ad differētiā vocis nāliter significātis. Nomen enī ꝯsideratū materialiter

quātū ad ipsam vocē fm placitū imponit̃ ad significādū. si tamen ɔsideret̃ formaliter sub rōne signi illo modo de necessitate est signū: q2 hoc est de rōne signi.

Secundo sciēduz ꝙ nomē significat ꝑ modū subē. ⁊ ꝑ modū ꝑmanētis: ⁊ nō ꝑ modū fluxꝰ ⁊ fieri: ⁊ q2 tps est mēsura motus ⁊ fluxus: iō nomē significat sine tpe: qđ ponit̃ ad drīam verbi qđ significat cum tpe. ⁊ lz multa noīa: vt dies: ānus ⁊ similia significēt tps: nō tñ cum tpe. Unde significare tēpus est de suo ꝑncipali significato importare tps: sed significare cū tēpore est cū suo ꝑncipali significato importare vnaz drīam tēporis: vt p̄sens vel ꝑteritū: ⁊ hoc nulli nomini ɔuenit: in quo differt a vbo. Deīde ponit̃. Cuius nulla pars separata aliquid significat. ad drīam ofonis: cuius partes separate aliquid significant. ⁊ ponit̃ finito ad drīam noīs infiniti. ⁊ ponit̃ recta ad drīam nominū obliquoꝝ.

Tertio sciendū ꝙ fm logicū solū illud est nomē qđ pōt esse subm enūciatōis: ⁊ de quo aliqđ pōt vere vel false enūciari. ⁊ q2 nomē infinitum non pōt esse subiectū enūciatōis: q2 nō significat aliqđ determinatuz de q̄ aliqđ posset enūciari vē vel false. silr nomē obliquū qđ nō significat ꝑ modū subē absolute: sz ꝑ modū dependētis nō pōt eē subm vbi. iō noīa infinita ⁊ obliq̄ nō sunt noīa fm logicū. ¶ Itez nomen est vox ꝑmo ⁊ ꝑ se significatiua: sed nomē infinitū nō est ꝑmo ⁊ ꝑ se significatiuū: sed solū rōne noīs finiti cui iungit̃ negatio infinitās: ⁊ nomē obliquū solū significat ex ɔnñ rōne recti a quo descēdit. Iō nomina infinita ⁊ obliquo nō sunt nomina.

Quarto sciendū ꝙ nomē infinitū est cuius ꝑuata ē certa qualitas ⁊ determiata remanēte substātia infinita: vt nō hō. nō equus. In noīe. n. est suba q̄ finit̃ per qualitatē ⁊ est q̄litas determinās subaz: ⁊ negatio adueniēs nomini ꝑ ɔpōnez tollit illā qualitatē ⁊ ɔpōnez eius cū suba relinquēs subaz indeterminatā: ⁊ sic reddit nomē infinitū. Sz ad hoc ꝙ aliqđ nomen infinitet̃ requirunt̃ due ɔditiōes. Prima est ꝙ habeat qualitatē determinataz: defectu cuiꝰ trāscēdētia: vt res vex bonū ⁊ ens capto in cōi: ⁊ infinita vt qs ⁊ aliqs. ⁊ signa distributiua: vt ōis quilibz nō pñt infinitari q2 nō habēt qualitatē ⁊ substantiā determinatā. Secūdo est ꝙ tale nomē non sit negatiuū: sz hēat qualitatē positiuā: defectu cuiꝰ nemo nihil ⁊ silia nō pñt īfinitari: ex qbꝰ pz itellectus diffōnis.

Sed contra ꝑdicta arguit̃ ꝑmo. Nulla materia vere ꝑdicat̃ de toto cōposito cū nō dicat totū eē eius: sed vox est mā noīs: g̃ male dr̃ ꝙ nomē est vox. ¶ Scđo sic: fluxus ⁊ fieri mēsurant̃ tpe: sz motꝰ importat fluxū ⁊ fieri ⁊ multo oña. g̃ motꝰ qđ est nomē significat cū tpe. ¶ Tertio sic. ptes noīs ɔpositi significāt aliqđ sepate sicut ptes huiꝰ noīs eqferus ⁊ tñ est nomen: g̃ male dr̃ cuiꝰ ptes sepate nihil significāt. ¶ Quarto sic. nomē infinitū pōt esse subiectū enūciatiōis vt dicēdo nō hō currit. ⁊ silr nomē obliquū: vt dicēdo regis interest. g̃ ipsa sunt noīa fm logicū: ergo cōtra diffinitiōez. ¶ Quinto sic: aliquis est nomen infinitum. ⁊ similiter alter ⁊ reliquus: ⁊ tamen in ipsis non est priuata qualitas determiata: q2 nunq̄ habuerunt qualitatem determinatam: ergo contra diffinitionē nominis infiniti.

Ad argumēta. ¶ Ad ꝑmuz dr̃ ꝙ lz mā ꝓprie dicta que est materia ex qua in nālibꝰ nō verificet̃ de toto cōposito: q2 nō dicit̃ totuz esse eiꝰ. tñ mā in qua ⁊ mā fm modū bñ verificat̃ de eo cuius est: vt dicēdo albꝰ est hō. modo vox fm modū est mā nominis. ⁊ hz silitudinē cū mā rei artificialis: in hoc ꝙ sicut mā rei artificialis ꝑdicat̃ in recto de ɔposito: vt pz dicendo domus est fundamentū paries ⁊ tectū: ita ēt mā fm modum: cuiusmodi est vox respectu noīs. ¶ Ad 2ᵐ dr̃ ꝙ motus dupli accipit̃. vno mō fm suū esse reale vel māle qđ hz in mobili. ⁊ sic nō est ens ꝑmanēs: sed successiuum. Alio mō fm esse qđ hz in aīo q̄ retinet ꝑmā ptē ipsius motus cū aliis seq̄ntibus. ⁊ illo mō est ens ꝑmanēs: ⁊ q2 modus significādi eiꝰ īmediate sumit̃ a tali mō itelligēdi q̄ ɔcipit ab aīa: iō motꝰ nō significat ꝑ modū fluxꝰ. lz significet fluxū. iō non significat cū tpe. ¶ Ad 3ᵐ dr̃ ꝙ si ptes noīs ɔpositi ɔsiderent̃ vt sunt ptes ofonis sic bñ aliqđ significāt: sz si ɔsiderent̃ vt sūt ptes noīs ɔpositi sic nihil significāt. ⁊ cā ē: q2 ille ptes in noīe ɔposito nō īponunt̃ ad significādū. sz totū nomē ɔpositū vno cōceptu significat suū significatū. vñ ptes hꝰ noīs eqferus in h̃ noīe nihil significāt ꝑ se: lz bñ significēt vt sunt ptes hꝰ ofonis equus ferus. ¶ Ad 4ᵐ dr̃ ꝙ si nomē īfinituz ɔsideret̃ vt nomē īfinitū ē sic nō pōt esse subiectū enūciatōis: sz si ɔsideret̃ inq̄tū v̄tute itellectus determinat̃ ad aliqđ subm finitū: vt nō hō capit̃ ꝑ oī alia pte ab ipso hoīe fit subm enūciatōis: sz tūc nō capit̃ vt est infinitū: sz ꝑ modū finiti. Dicit̃ 2ᵒ ꝙ ī hac ofone. regis iterest. ⁊ silibꝰ obliquus nō ē subz: sz ntūs ī tali ofone itellectꝰ: vt pz resoluēdo: regis iterest hoc est aliqđ ꝑtinēs regi. ¶ Ad 5ᵐ dr̃ ꝙ si capiat̃ gnāliter nomē infinitū ꝓ oī illo qđ significat subam infinitā. ⁊ hz significatū īdetermiatū. sic aliqs ⁊ reliquꝰ bñ sūt noīa infinita: ⁊ silr oīa ꝓnoīa. sz si capiat̃ spāliter pro illo qđ fit infinitū per aduētū negationis ꝑ quo h̃ diffinit̃. sic nō sūt noīa īfinita: ideo hec diffinitio nō ɔuenit aliis a diffinito.

Verbū est vox significatiua ad placitū cū tpe cuius nulla ps sepata aliqđ significat finita ⁊ recta. Cuz tpe ponit̃ ad differentiā noīs qđ significat sine tpe. Finita ponit̃ ad differētiā verbi īfiniti: vt nō currit nō laborat que nō sunt verba fm dialecticū. Recta ponit̃ ad differētiā verborū obliquorū: vt currebat cucurrit que nō sunt vba fm dialecticū sed verba obliq̄. Solū enim verbum p̄ntis tpis indicatiui modi dr̃ esse vbuz fm dialecticū. Oia aūt alia verba eiusdē modi ⁊ alioꝝ modoꝝ dicunt̃ verba obliq̄. Oēs aūt alie differētie ponunt̃ hic in vbo eadē rōne qua ⁊ in noīe. Et sciēdū est ꝙ dialecticꝰ solum ponit duas ptes ofonis. s. nomē ⁊ verbū. Alias aūt omnes appellat sincathegoreumaticas. i. consignificatiuas.

¶ Postq̄ auctor determinauit de noīe qđ significat substātiā a qua egredit̃ actꝰ qđ qdē nomē in ꝓpositiōe dr̃ subiectū ⁊ est materia ꝓpōnis. hic consequēter determinat de verbo qđ significat actū egrediētē a substantia ⁊ est ꝑdicatum formale ꝓpositiōis ipm ꝑmo sic diffiniēs: Uerbū est vox significatiua ad placitū: cū tpe: cuius nulla pars separata aliqđ significat finita ⁊ recta.

Pro cuius intellectu ꝑmo sciēdū ꝙ in hac diffinitione ponit̃ vox loco gnīs: ⁊ totum residuū ponit̃ loco differētie. s. significatiua ad placitū cuius nulla ⁊c. ⁊ alia eadē rōne hic ponunt̃ que ponebant̃ ī diffinitione noīs. Sed Cū tpe ponit̃ ad differētiam noīs qđ significat sine tpe: ⁊ ponit̃ finita ⁊ recta ad differētiaz vboꝝ infinitoꝝ ⁊ obliquoꝝ que fm logicū non sunt vba. In ista aūt diffinitione nō ponit̃ illa pticula. ⁊ est semper eoꝝ que de altero dicunt̃ nota: eo ꝙ non respicit naturaz verbi: nec de necessitate ponit̃: q2 illa solū ponit̃ de bene esse ⁊ ad maiorē declarationem ⁊ de necessitate.

Secūdo sciēdū q̄ oīs fluxus ꝛ fieri mēsuraꝛ tpe tē-pus enīz est mēsura mot⁹ ꝛ fluxus fm̄ prius ꝛ posterius. ꝛ q̄ verbū fm̄ suū essentialē modū significādi significat ꝑ modū flux⁹ ꝛ fieri. iō omne vbū significat cū tpe.i.cū ꝓprio significato ꝯsignificat tp̄s; nō tn̄ capiendo tp̄s ꝓprie ꝓut est nūerus mot⁹; s3 capiēdo tp̄s generaliter ꝓ omni mō tpis vt repit in q̄libȝ mēsura duratiōis .s.in eternitate in euiternitate ꝛ tpe proprie dicto. sicut .n. verbū nō semꝑ significat vez fluxum: sed sufficit q̄ significet ꝑ modum fluxus sic nō semper consignificat veruȝ tempus: sed consignificat ꝑ modum temporis.

Tertio sciēduȝ q̄ verbū infinitū est: cui⁹ est ꝓuatus actus spālis remanēte actu gnāli ifinito. Sicut.n.in noīe est suba ꝛ qualitas finiēs talē subaȝ: sic in oī alio vbo ab isto vbo est includiꝛ actus gnālis qui est esse: ꝛ actus spālis siue res vbi q̄ importaꝛ ꝑ participiuȝ illius vbi. ideo oē verbū ꝑter est resoluiꝛ ꝑ est ꝛ suū pticipiū: vt currit.i.est currens. ꝛ iō sicut in noīe finito negatio remouēs qualitatē determinatā a suba facit nomē infinitū: similiter in vbo negatio tollens actū spālem q̄ determinat actū gnālem reddit verbū infinitū: qđ se extēdit tam ad ens q̄ȝ ad nō ens. Ex quo pȝ q̄ tale verbū nō pōt enūciari de subiecto. q̄ꝛ nō significat aliquē determinatū actū q̄ ꝑ intellectū dr̄ de alio enūciari. iō fm̄ logicū nō est verbū. Uñ tale verbū nō pōt esse infinitū in orone nec etiā infinitāduȝ est in orone q̄ꝛ negatio sibi adueniēs in orone negat cōpositōez actualē extremoꝝ: ꝛ nō cōpositōez intrīsecam ipsius vbi. Uñ ad h̄ q̄ vbū infiniteꝛ duo requiruꝛ. Primo q̄ significet aū infinitatōez actōez vel passionez determiatā ꝛ nō gnālē. ꝛ ꝑꝑ hoc vbū est significat gnālez actū essendi inclusum in oī alio vbo. Scđo reqriꝛ q̄ tale vbū nō determiet sibi tale certū suppositū. ꝛ iō vba excepte actōis ꝛ vba p̄me vel scđe ꝑsonaꝝ nō p̄nt ifinitari.

Quarto sciēduȝ q̄ vba aliq̄ sunt vba ceteroꝝ tēporū ꝛ modoꝝ a p̄nti indicatiui modi. quoꝝ aliqua sunt obliqua fm̄ tp̄s tm̄ vt p̄teritū ꝛ futuꝝ indicatiui. Alia vō fȝ modū tm̄ vt p̄ntia alioꝝ modoꝝ. Alia aūt fm̄ vtrūq̄ vt p̄terita ꝛ futura de alijs modis. Uñ talia vba obliq̄ nō p̄nt vere vel false enūciari de aliquo nec faciūt ꝑ se ꝛ p̄mo orone verā vel falsaȝ: ꝛ q̄ꝛ solū fm̄ logicū illud est nomē qđ ꝑ se p̄mo ꝛ nō rōne alteri⁹ pōt dici subȝ enūciatōis. silr̄ illud est vbū apud logicū qđ p̄mo ꝛ ꝑ se ꝛ nō rōne alteri⁹ vere vel false p̄dicaꝛ. iō fm̄ ipm̄ vba obliqua nō sunt vba. Uñ fm̄ ipm̄ tm̄ due sūt ptes orōnis: ꝛ capit spālitet ptē orōnis ꝑ pte regsita necio ad orōnē veraȝ vel falsaȝ ꝛ nō capit eā gnāl'r sicut grāmatic⁹: q̄ capit ptē orōnis ꝓ oī voce significatiua q̄ poniꝛ i orōne siue ponaꝛ vt ps p̄ncipalis: siue vt dispō ptiū: rōne cui⁹ ip̄e ponit octo ptes orōnis. ꝛ ꝑ h̄ pȝ determiatio diffinitōis ipsi⁹ verbi.

Sed cōtra p̄dicta p̄mo arguiꝛ. Uerbuȝ significat ꝑ suā significatiōez: sed significatio est de nā vbi cū virtus significādi sit de rōne ei⁹. ḡ vbū significat naliter ꝛ nō ad placitū. ⸿ Scđo sic. creare est vbuȝ: ꝛ tn̄ nō significat cū tpe: q̄ꝛ nō significat fluxū ꝛ fieri: sed actōez q̄ fit in īdiuisibili: ḡ male poniꝛ cuȝ tpe. ⸿ Tertio sic. lr̄e ꝛ syllabe sūt ptes vbi ꝛ sunt significatiue sepate: q̄ꝛ sicut voces significāt ꝯcept⁹: its lr̄e vel syllabe significat voces. ḡ ptes vbi aliqđ sepate significant. ⸿ Quarto sic. Uerbū infinitū pōt p̄dicari in orone: ḡ est vbū. añcedens pȝ. q̄ꝛ significat actū cōem enti vel nō enti: s3 oē cōīs potest p̄dicari de suis inferiorib⁹. ḡ tale vbū apud logicū dr̄ vbū. ⸿ Quinto sic. iste ꝓpōnes sunt vere. Adā fuit. antichrist⁹ erit. ꝛ tn̄ ibi p̄dicanꝛ vba obliqua. ḡ verbū obliquū pōt vere p̄dicari de alio. igiꝛ est verbū fm̄ logicum.

Ad argumenta. ⸿ Ad p̄mū dr̄ q̄ si vbuȝ ꝯsideraꝛ formal'r in ratōe significādi virtus significādi est de rōne ꝛ de natura eius: sed hoc mō nō capiꝛ. S3 si ꝯsideraꝛ mālit'r in rōne vocis sic significatio nō est de rōne ei⁹ seu natura: s3 sibi attribuiꝛ ad placitū. hoc mō īelligiꝛ in ista diffinitiōe referēdo ad placitū ad ipsaȝ voceȝ: q̄ꝛ significatiuū ad placitū refertur ad vocē. ⸿ Ad 2^m dr̄ q̄ creare nō significat fluxū realeȝ q̄ mēsureꝛ tpe: s3 significat ꝑ modū fluxus ꝛ fieri. iō significat sub mō tpis: ꝛ h̄ sufficit. ⸿ Ad tertiuȝ dr̄ q̄ si capiaꝛ lr̄a ꝑ figura scripta in aliq̄ supficie: tūc lr̄e ꝛ syllabe sūt significatiue vociȝ: s3 sic nō sunt ptes vbi. s3 si capiaꝛ lr̄a ꝑ voce indiuisibili significata ꝑ illā figurā que ꝓprie dr̄ elemētū: tūc lr̄e ꝛ syllabe bn̄ sunt partes vbi: s3 nō sunt significatiue. ⸿ Ad q̄rtū dr̄ q̄ oē cōīs determinatū pōt p̄dicari de suis inferiorib⁹: sed cōīs indeterminatū ꝛ infinitum qđ nō pōt accipi ꝑ intellectū ꝓ aliquo certo ꝛ determiato nō p̄dicaꝛ de suis iferiorib⁹. mō sic est de vbo infinito. ⸿ Ad q̄ntū dr̄ q̄ vba p̄terita ꝛ futura idicatiui modi nō p̄dicāꝛ vere de aliq̄: nec faciūt orōnē verā vl' falsaȝ inq̄tū obliq̄ sūt: s3 solū inq̄tū icludūt p̄ns ip̄s idicatiui. Juxta illō. ꝓpōnes d̄ p̄terito vl' de futuro nō sūt ve vl' false nisi ꝑ reductōez ad illas de p̄nti. vn̄ ista nō ē vera. Adā fuit: nisi q̄ꝛ ista fuit vera. Adā est. ꝛ silr̄ de futuro suo mō.

Oratio est vox significatiua ad placitū cuius ptes sepate aliqđ significāt. Hoc totum cuius ptes ꝛc̄. poniꝛ ad differētiā noīs ꝛ verboꝝ quoruȝ partes separate aliqđ nō significāt. Relique autē particule poniīꝛ hic sub eadem rōne qua in nomine ꝛ verbo ponebantur.

⸿ Postq̄ȝ determiātū est de noīe ꝛ vbo que sunt ptes materiales enūciationis. Hic ꝯsequēter auctor determinat de orone que est genus enūciationis. ꝛ q̄ꝛ diffinitio explicat esse rei. diuisio vō posse siue sepationē p̄nti eius: ꝛ esse p̄cedit posse vel sepatiōe: ideo anteq̄ȝ diuidat orōnē ponit eius diffinitione: que talis est: Oratio est vox significatiua ad placitū cuius ptes separate aliquid significant.

Pro quo p̄mo est sciēdū q̄ orō accipiꝛ tripliciter. Uno modo pro re subiecta itētiōni fm̄ se. ꝛ illo mō nō diffiniꝛ hic. q̄ꝛ est vox cōplexa. ꝛ cōplexoꝝ inq̄ntū h̄ nō est diffinitio. Alio mō pōt capi absolute ꝓ illa intentione vel illa voce significatiua que est orō: ꝛ sic iterū non diffiniꝛ hic q̄ꝛ ptes eius sepate nihil significarent. Tertio mō capiꝛ pro illa intētione vt est significatiua rei subiecte que ē significatū eius: ꝛ illo modo hic diffiniꝛ. sicut enim hō diffiniꝛ sub illa voce hō ꝛ pro significato ei⁹ qđ est aīal rōnale. ita silr̄ hec vox orō diffiniꝛ ꝓ suo significato ꝓ quo est vox quedā complexa.

Secūdo sciēdū q̄ licet orō nō sit vna vox incōplexa: est tamē vna ꝑ cōplexionē: ꝛ pōt dici vna ꝑpter duas causas. Primo rōne forme. q̄ꝛ ibi est vnitas ordinis ꝛ cōplexionis pluriū vocū significatiuarum que sub tali forma vniuꝛ. Scđo ex parte finis. q̄ꝛ p̄dicte voces vniuꝛ ad significādū vnū conceptum cōplexuȝ: ideo in diffinitione orōnis bene poniꝛ vox tanq̄ȝ genus.

Tertio sciēdū q̄ licet orō ... fuerit p̄mo ꝛ per se imposita ad significādū tn̄ fuit ex ꝯsequenti imposita rōne impositōis suarū ptiū. per hoc enī q̄ ptes sūt significatiue orō cōposita ex ipsis trahit suū significatuȝ ꝛ in̄ habet significatū distinctū ab illis: q̄ꝛ ille ptes significāt ꝯcept⁹ simplices. orō vō per se ꝛ p̄mo significat ꝯceptū ꝯplexū. Et eodē mō pōt dici orōnē significare ad placitū rōne īpositionis suarū ptiū que facta est ad placituȝ. l3 orō fm̄ se nō significet p̄mo ad placitū. iō in diffinitiōe orōnis ꝯueniēter poniꝛ significatiua ad placitū rōne diffinitionis

ferentie sicut in diffinitionibus nois et verbi. Et ibi ponit cuius ptes sepate aliqd significat ad differentiam nois et vbi.

Quarto sciendu q duplices sunt ptes orois. qdaz sunt remote vt litere et syllabe: et quedā ppinque vt nomen et verbū. Prime aūt nō sunt significatiue nec sunt ptes oronis nisi fm qd: sz alie sunt significatiue q ppric dicunt partes oronis: de qbus intelligit in ista diffinitōe. et p hoc habet declaratio huius diffinitōis oronis q satis cōcordat diffinitōi eius sic posite a Prisciano: oratio est cōgrua dictionū ordinatio ɔgruā pfectāqz sententiaz demonstrans ex modis significandi causata.

Sed cōtra pdicta pmo arguit. Nullū cōplexum pōt diffiniri cū nō hēat vnū esse. oro ē qd cōplexū. ergo male hic diffinit. ¶ Secundo sic nulla qtitas est vox: cū vox sit quedā qualitas. oro aūt est qdā qtitas. cū sit species qtitatis discrete. igit male dr q oro est vox. ¶ Tertio sic: ois vox significatiua ad placitū hz aliqd significatū ppriū. oratio nō est hmōi. qr non significat nisi rōne suaz partiū: g male dr oratio est vox significatiua. ¶ Quarto sic: nullū significans de necessitate significat ad placitū. sz illa oro. homo currit. in pma eius formatiōe significabat suū significatū s. hoiem currere. nec poterat aliud significare. et silr quelibet alia oro: g oro nō significat ad placitū pmi imponētis. ¶ Quito sic: dicendo sic. curro: pluit: sunt orones: et tn partes eaz sepate nihil significāt. igit male ponit cuius partes separate etc.

Ad argumenta. ¶ Ad pm dr q nullū cōplexū ɔplexe designatū pōt diffiniri: qr ibi nō esset explicatio vni9 diffiniti fm nomē: tn cōplexū significatū incōplexe sub voce incōplexa bn diffinitur. et sic est in pposito. ¶ Ad 2m dr q si capiat oro p mēsura platōis sic est qtitas discreta. nec illo mō hic diffinitur: sz si capiat p voce significatiua cōplexa sicut capit in pposito: sic nō est qtitas: sed qtū ad suū mēle qd est vox qdā est qlitas. ¶ Ad 3m dr q lz oro trahat suū significatū cāliter ex suis ptib9: nō tn trahit illud formalr a ptib9 sz hz ppriū significatuz rōne ɔpōnis ptiū: et illud ē ɔcept9 ɔplexus significatoz suaz ptiū. ¶ Ad 4m dr q illud qd necessario significat suū significatū n significat p se pmo ad placitū sed ex ɔsnti: et sic est de orone que significat ad placitū ppter impositōez suaz partiū factā ad placitū: sz supposita tali impōne partiū oro cōposita ex ipis necessario hz significatū determinatū. ¶ Ad 5m dr q ille voces curro: pluit et similes ex vi sermonis non sunt orones: sed vba tn: sed virtute intellectus q subīntelligit supposita in verbis pme et secūde psonaz. et in verbis excepte actiōis sunt orones et partes sepate aliquid significant dū intelligit suppositū vt curro tn volet sicut ego curro: et pluit sicut deus vel natura pluit. et sic de similibus.

¶ Orationū alia pfecta alia impfecta. Oratio pfecta est q pfectū sensum generat in aio auditoris: vt hō currit. Oratio impfecta ē illa que impfectū sensuz generat i animo auditoris: vt hō albus. Orationū pfectaz alia idicatiua: vt hō currit: alia imparatiua: vt Petre fac ignem: alia optatiua: vt vtinā essem bonus clericus: alia subiunctiua: vt si veneris ad me dabo tibi equūz. Alia deprecatiua: vt miserere mei de9. Harum autem orationum sola indicatiua oratio dicitur esse propositio.

¶ Postq auctor pmisit diffinitōez oronis q explicat ipsaz a pori. Hic ɔsnter ponit diuisionē ei9 q explicat ipsaz a posteriori: ipsaz sic diuidēs. Oronum alia pfecta: alia impfecta. Cui9 diuisiōis rō est: qr oīs oro repītat aliquē sensuz intellectui: vel q repītat sensuz pfectū: et sic est oro pfecta. vel impfectū: et sic est oro impfecta.

Pro quo sciendū pmo q sensus pfectus est ille q pfecte terminat actū intellect9: nō suspendēs aīum audiētis ad inqsitionē alteri9 reqsiti ad suā intellectionē: vt cū dr hō est aīal. ibi est snia cōpleta nō reqrens additiōez alterius vt cōplete itelligat. sz sensus impfect9 est ille q nō terminat pfecte actū itellectus: sz indiget alio vt cōplete itelligat: vt dicēdo. hō alb9. ibi est snia n cōpleta et impfecta: in q intellectus audiētis nō pfecte terminat. ideo est ibi sensus impfect9. Vn clare pz q hic nō capit sensus p potētia sensitiua aīe: sz capit p snia q est significatio oronis.

Secundo sciēdū q oro pfecta est illa q pfectū sensuz gnāt in aio auditoris. i. in intellectu audiētis ipsaz. Per hoc. n. q ipsa psentat auditui sua spēs siue similitudo defert ad intellectū: et itellect9 cognoscēs significatōes terminoz apprehēdit p illas significatōes pfectū sensū oronis. Et ita oro pfecta mediāte sua spē et similitudine gnāt pfectū sensuz in itellectu audiētis. Sz oro impfecta dr illa q ipfectū sensum gnāt in aio auditoris. et ibi capit gnāt vt dic aptitudinē et non actū: qr talis oro nō semp gnāt sensuz in actu: sz bn fm aptitudinē.

Tertio sciēdū q oro pfcā diuidit p oronē idicatiuā. ipatiuā. optatiuā. subiūctiuā: ɔiūctiuā: et depcatiuā. Quaz sic habet sufficiētia: qr ois oro pfecta explicat pfectū sensuz vel q explicat ɔceptū itellect9: vel affectū appetit9. Si ɔceptū: hoc est dupl'r: vel explicat talem ɔceptū cathegorice et determinate: et sic ē idicatiua: aut dubitatiue et ɔditionalr: et sic ē ɔiūctiua. Si explicat affectū: hoc ē dupl'r: vl ptinet ad appetitū ɔcupiscibilē: et sic ē optatiua. vel irascibilē: et hoc ē dupl'r: qr vl denotat impiū qd fit ad minores: et sic ē ipatiua: vl depcationē q fit ad maiores et sic ē depcatiua. et hec ē diuisio gnis i suas spēs: et silr pcedēs: qr lz oro nō sit vez gen9 fm rē: tn est gen9 fm modū. et diuidit ad modū diuisionis generis: et silr oro pfecta. Et ideo iste diuisiones sub diuisione generis continent.

Quarto sciendū q oro indicatiua est cuius vbū pncipale est indicatiuū: et impatiua cui9 verbū pncipale est impatiuū. et sic de alijs modis suo modo. et qr vbū indicatiuū ceteris est pfectius: io oro indicatiua ceteris pfectior est. Vn sola indicatiua significat vez vel falsum: eo q alie nō dicūt determinate aliqd esse: vel nō esse sed sola idicatiua rōne vbi idicatiui: ideo ipsa sola dr ppositio vel enūciatio. Ex qbus apparet diuisio oronis et diffinitiones mēbroz eius: et diuisio oronis pfecte.

Sed cōtra pdicta pmo arguit. Nihil est pfectum cui pōt fieri additio: sed cuilibet oroni pōt fieri additio: ergo nulla oro est perfecta. ¶ Scdo sic: oē qd hz debitā ɔpositionē mãe et forme est pfectū: dicit enī pfectū cui nihil deest de reqsitis ad suū cōplemētū. sz ois oro hz debitā ɔpositionē materie et forme ergo ois oro est pfecta et sic diuisio dicta non valet. ¶ Tertio sic: nulla oro agit in aio auditoz. igit nulla generat pfectuz sensū in itellectu. añcedēs tripl'r pbat. pmo. qr oē qd agit est suppositū. scdo qr oro nō pūtat itellectui: qr vox nō puenit ad itellectū sz ad auditū tm. tertio qr itellectus est ipossibilis cū sit imaterialis et passio oriat a mã: ergo oro nō agit in intellectū. ¶ Quarto sic: aliq est oro pfecta infinita: qr talis cōponit ex noie et vbo et tn talis non ponit in diuisiōe oronis pfecte. igit illa nō est bona. ¶ Quinto sic: ista oro optatiua. vellē eē bon9 clericus. significat vez vel falsum. ergo nō sola idicatiua significat vez vl falsū.

Ad argumenta. Ad pmū dr q aliqd dr pfectuz dupliciter. vno mō simpliciter et absolute cui nulla simpliciter pōt fieri additio.

sic oratio nõ est pfecta: sed solus deus. Alio modo in gñe vel specie cui nihil deest de requisitis ad suã pfectiõez in tali genere vel specie. & sic oõ dr̃ pfecta & sibi nõ põt fieri additio essentialis requisita ad suũ genus vel spẽm: lz accidẽtalis tñ. ❡ Ad 2m dr̃. q lz oĩs oratio possit dici perfecta pfectiõe pmaria que resultat ex debita compõne materie & forme eius que est eius modus pferẽdi: tñ nõ oĩs oõ est pfecta pfectione finis orationis. qui est repñtatio cõceptus pfecti cõplexi ❡ Ad 3m dr̃. q oratio nõ agit per modũ efficiẽt's pncipalis & tanq̃ hoc qđ: qr hoc conuenit soli supposito. tñ bene agit p modũ forme vel instrumẽti vel tanq̃ quo. Dicit secũdo q ipsa psentat ex pñti intellectu fm suaz spẽm: licet nõ fm se. Dicit tertio q lz intellectus nõ sit passiuus passione corruptiua: tamẽ bñ est passiuus passiõe saluatiua & pfectiua: qr põt perfici per ipm intellectũ. ❡ Ad 4m dr̃. q lz oõ infinita habeat nomẽ & verbũ obliquũ nõ tamẽ rectũ: quare nõ pfectũ sensũz generat in animo. ideo nõ est oratio pfecta: nec debuit poni in diuisione eius. ❡ Ad quintũ dr̃ q ista: ego vellem esse bonus clericus. si cõsideret vt optatiua est vt explicat desideriũ nõ est vera neq falsa: lz si consideret vt virtualiter includit vnã idicatiuã. s. istã volũtas mea est q essem clericus: sic ẽ vera vel falsa. & ita dñm est de similibus.

❡ Capitulum de propositione.

Propositio est oratio verũ vel falsum significans indicando: vt homo currit. Propositionum alia cathegorica alia ipothetica.

❡ Postq̃ auctor determinauit de oratione que est genus enunciatiõis. Hic cõñter determinat de ipsa enũciatione de qua pncipaliter intendit in hoc pmo tractatu. Et ipsaz pmo diffinit sic sub nomine ppositiõis dicẽs. Propositio est oratio verũ vel falsuz significãs indicando. In q̃ diffinitiõe ponit oõ loco generis. verũ vel falsuz significãs ad dr̃ntiã oõnuz impfectarũ & aliaz pfectaz ab idicatiua: qr nulla eaz significat verũ vel falsuz. & ponit idicãdo ad maiorẽ explicatiõez. s. ad oñdẽduz q sola indicatiua dr̃ ppositio. & q̃uis h possit intelligi p h qđ dr̃ verũ vel falsuz significãs. nõ tñ eq explicite. iõ illa pars nõ supflũit q̃uis etiã aliq ppositio ipothetica nõ sit idicatiua: nõ tñ significat verũ vel falsuz. nisi p reductiõez ad indicatiuã.

Pro quo est sciendũ pmo q ppositio & enũciatio dicũt idẽ realiter: sed differunt rõne qđ nois. Nã dr̃ enũciatio inq̃tũ penes ipoz extra intellectũ nunciat pdicatũ de subiecto. dr̃. n. enunciatio ab e qđ est extra & nũciatio. qr ipsa est quasi nũcius intellectus: nunciãs conceptũ interiorẽ extra intellectũ. Sed dr̃ ppositio inq̃tũ ponit p alio. s. p conclusione inferẽda in argumẽtatiõe: sed qr idẽ sunt realiter ppositio & enunciatio. iõ hñt eandẽ diffinitiõez essentialẽ. Unũ diffinit enunciatio q est oõ in q̃ verũ vel falsuz est. & hec est eadẽ cũ diffinitiõe ppõnis. iõ hic diffinit enũciatio sub noie ppõnis qr hic consideratur inquãtũ ordinat finalr̃ ad sillogismũ.

Secundo sciendũz q significare verũ est significare aliqđ. ita esse sicut est vel aliqđ. ita nõ eẽ sicut nõ est. Et significare falsum ẽ significare aliqđ eẽ vel nõ eẽ aliter q̃z est. iõ ppositio significat verũ qñ representat aliq̃z cõpõnẽ adequate sicut ẽ. & significat falsuz qñ repñsentat illã cõpõnem inadequate & aliter q sit. Ex quo pz q veritas ppõnis est adequatio ei9 ad suũ significatũ. & falsitas est inadeq̃tio. Pz vlteri9 q pmũ significatuz & formale ppõnis est cõpositio extremoz. & verũ vel falsuz sunt significatũ mãle & secũdariũ ppõnis. Ipsa. n. pmo significat illaz compositiõez. & dr̃ significare verũ & falsum quantũ ad modos significãdi vel representãdi illã cõpositionẽ. & p hoc pz declaratio diffinitiõis ppositionis.

Tertio sciendũ q ppõ in cõi diuidit in ppõnez cathegoricã & ipotheticã. Cui9 diuisiõis rõ ẽ: qr oĩs ppõ est oõ vera vel falsa vel q̃ talis oõ cõponit immediate ex termĩs vel ex plurib9 oõnib9. si pmũz est cathegorica. si 2m est ipothetica. & hãc diuisionẽ ponit Arl. i lĩo periermenias. aĩt hoc mõ. enũciationũ alia est vna simplr̃ q̃ dr̃ cathegorica. alia est cõiunctiõe vna q̃ dr̃ ipothetica.

Quarto sciendũ q ista diuisio dr̃ dari penes subam ppõnis: qr ppositio cathegorica & ipothetica differũt fm suã spẽm. i. fm materiã & formam ipsaz. & ex cõsiti fm totã subam: qr cathegorica hz subiectuz & pdicatũ mãle p mã. & hz copulã verbalẽ p forma. Ipothetica vo hz duas cathegoricas p mã: & cõiunctiõez vnientem ipsas p forma. & p hoc pz declaratio hui9 diuisionis.

Sed contra pdicta pmo argr̃: nulla distincta de seinuicẽ verificant: cum diuisio semp includat oppositionẽ: & in ea fundet: sed ppositio & oõ distinguunt cũ oõ sit cõmunior ppõne. igr̃ male dr̃ q ppositio est oõ. ❡ Scđo sic: in bona diffinitiõe nõ debẽt poni opposita sz in ista ponunt verũ vel falsuz q̃ sunt opposita. g non est bona. ❡ Tertio sic. oĩs oõ que semp significat suũ significatũ ad qđ est iposita ad significãdũ est vera: sed oĩs ppositio repñtat suum significatũ: vt hec ppõ. homo currit. semp significat hoĩez currere siue currat siue nõ g oĩs ppositio semp significat veruz & nunq̃z falsuz ❡ Quarto sic: mẽbra diuisiõis ppõnis nõ sunt opposita: qr vnũ in alio cõtinet vt ps alteri9: qr cathegorica est ps ypothetice: igr̃ illa diuisio est insufficiẽs. ❡ Quinto sic: h9 oõ. tñ hõ currit est ppõ. & tñ nõ est cathegorica qr cõtinet plẽs cathegoricas. nec ypothetica: cũ nõ sit ibi cõiũctio vniens plẽs cathegoricas: g diuisio illa ẽ isufficiẽs.

Ad argumenta. Ad pmuz dr̃ q illa que sunt distincta essentialr̃: vt opposita vel disperata de seinuicẽ nõ verificant. sz illa que distinguunt accñtalr̃ tñ vt supius & iferi9 bñ verificant de seiuicẽ. & hoc mõ solũ distinguunt ppositio & oõ. ❡ Ad scđm dr̃. q si considerent opposita vt opposita sunt & destruũt seiuicẽ. sic nõ debẽt poni in eadẽ diffinitiõe: sed si cõsiderent vt circũloquunt aliqđ supius: vel explicãt diuersas passiões iferioz diffiniti: sic bñ ponunt disiũctiue in eadẽ diffinitiõe. & sic ponũt verũ & falsuz in eadẽ diffinitiõe ad circũloquẽdũ ppriã passionẽ ppõnis: & diuersas passiones suoz iferioz. ❡ Ad tertiũ dr̃. q oõ nõ dr̃ vera eo q repñtat suũ significatũ: sed qr repñtat ipm adequate. iõ maior rõnis est falsa ❡ Ad q̃rtũ dr̃. q cathegorica mãliter cõtinet in ipothetica tanq̃ ptinẽs ad mãm ei9: nõ tñ formalr̃ tanq̃ ptinens ad formã ei9: & lz ibi maneat cathegorica fm formã ei9. tñ illa forma se habet per modũ materie respectu ipothetice. iõ nõ manet ibi formalr̃. & sic bñ opponunt ille ppositiones fm formas. ❡ Ad q̃ntuz dr̃. q ista. tñ hõ currit. est formalr̃ cathegorica: qr solũ ponit formalr̃ vnã cathegoricã pncẽtẽ ei9: sed est vtualiter ipothetica: qr vtualiter & implicite continet duas cathegoricas cõiũctas copulatiue: vt patet in resolutiõe ei9: qr valet tñ sicut hõ currit. nihil aliud ab hoĩe currit.

❡ Propositio cathegorica est illa que hz subiectum pdicatũ & copulã tanq̃ principales ptes sui: vt hõ currit. in hac eniz ppositione. homo currit. homo est subiectũ: currit vo pdicatuz: & qđ cõiungit vnum cum altero est copula: vt patet i resoluẽdo: vt homo currit. id est hõ est currẽs. ibi hoc nomẽ homo est subiectũ & currens pdicatũ & hoc verbũ est dicit esse copula:

q2 ꝯiungit vnũ cũ altero. Et dr̃ cathegorica a cathegorizo. zas. qḋ idē ē qḋ ꝑdico as. vñ cathegorica id ē ꝓpositio ꝑdicatiua. Subiectũ ē illud de quo aliud dicit̃. Predicatũ est illud qḋ de alter̃ dr̃.ſ. de ſuo ſubiecto.

¶ Poſtq̃ auctor poſuit diffinitõez ꝓpoſitiõis ꝛ eius diuiſionē in cathegoricā ꝛ ipotheticā. Hic cõſequēter incipit determinare de mēbris illius diuiſiõis: ꝛ q2 ꝓpoſitio cathegorica pars eſt ꝓpõnis ipothetice: ꝛ pars naliter ꝑcedit totũ qḋ ipſa cõponit. ideo ꝑus determinat de ꝓpõne cathegorica q̃ ipothetica ipſaz ſic diffiniens. Propoſitio cathegorica eſt illa que h3 vnum ſubiectum vnã copulaz ꝛ vnum predicatũ tanq̃ principales partes ſui.

Pro quo ꝑmo ſciēdũ ꝙ in hac diffinitõe ꝑ hoc relatiuũ illa intelligit̃ genus diffiniti.ſ. ꝓpoſitio. Eſt.n. relatiuũ idētitatis ſubſtãtie ꝛ ſuppoſiti pro ſuo antecedēte qḋ eſt ꝓpoſitio. ideo dat intelligere gen⁹ diffiniti. Et totũ reſiduũ ponit̃ ad differētiam ipothetice ꝓpõnis. in qua licet ſint ſubiectũ ꝑdicatũ ꝛ copula: nõ tñ tanq̃ partes ꝑncipales ſui: 3 ſicut minus ꝑncipales ꝛ remote. ꝛ ꝑ ſubiectũ ꝛ ꝑdicatũ intelligit̃ materia ꝓpoſitionis cathegorice. ꝛ ꝑ copulaz intelligit̃ forma partis: ꝛ ſua forma totius eſt eſſe vnitum reſultans ex vnione copule predicati ꝛ ſubiecti. ideo per hanc diffinitionem ſufficienter explicatur natura ꝓpoſitionis cathegorice.

Secundo ſciendu3 ꝙ in omni ꝓpõne cathegorica dr̃ aliquid de aliquo. ꝛ iõ in qualib3 ꝓpoſitõe cathegorica tria requirunt̃. Primo illud de quo aliquid dicit̃.ſ. ſubiectũ. ſecundũ eſt illud qḋ dicit̃ de aliquo.ſ. ꝑdicatũ materiale. tertiu3 eſt illud ꝑ qḋ vel mediante quo vnũ dicit̃ de alio: qḋ eſt copula vel ꝑdicatũ formale ꝓpõnis. ꝛ ideo dr̃ cathegorica quaſi predicatiua a cathegorizo zas. qḋ eſt idem qḋ ꝑdicare: q2 ſemꝑ ibi ꝑdicat̃ aliquid de ſubiecto: ꝛ magis dr̃ ꝑdicatiua a ꝑdicato q̃ ſubiectiua a ſubiecto: q2 ꝑdicatũ in ipſa hab3 rationem forme. ſubiectũ vero rõnē materie. modo a formaliori deb3 ſieri denominatio. ꝛ ideo attenditur hec denominatio ꝑncipaliter ex parte ꝑdicati formalis quod eſt copula.

Tertio ſciēdum ꝙ ſubiectũ ꝓpoſitionis dicit̃ illud de quo dicit̃ aliud.ſ. ꝑdicatũ. Et predicatum eſt illud qḋ dicit̃ de alio.ſ. de ſubiecto: duplex tñ reperit̃ ꝑdicatũ in ꝓpoſitõe.ſ. materiale qḋ vnit̃ cũ ipſo ſubiecto ꝑ copulã: ꝛ ꝑdicatũ formale qḋ vnit ꝑdicatu3 materiale cu3 ſubiecto qḋ eſt ipſa copula: vt in hac ꝓpõne. homo eſt aĩal. ibi hoc verbũ eſt dr̃ ꝑdicatũ formale. ꝛ aĩal dicit̃ ꝑdicatũ materiale: ꝛ q̃nq3 in ꝓpõne predicatum materiale ꝛ formale ſm̃ vocem ꝛ realiter diſtinguunt̃. quãdoq3 vero differũt ratõe tñ ꝛ nõ ſm̃ vocem: vt hic. homo currit.

Quarto ſciēdum ꝙ ꝓpoſitionũ cathegoricaꝝ: quedam ſunt de eſt ſecũdo adiacēte in quib⁹ nõ ponit̃ aliqḋ ꝑdicatũ materiale ꝑter illud verbu3 ē: vt hic. hõ eſt. Alie ſunt ꝓpões de tertio adiacēte in quibus ꝑter illud verbũ ē ponit̃ ꝑdicatũ aliud materiale: vt hic. homo eſt aĩal. ꝛ ꝓpõnibus de tertio adiacente ꝑdicatum materiale ꝛ formale ſm̃ v[illegible]cez diſtinguunt̃ ꝛ formaliter: ſed in illis de ſecũdo adiacēte nõ diſtinguunt̃ realiter: ſ3 rõne tñ: ꝑbat̃: q2 tale verbũ ſignificat quēdã actũ ꝑmodum fluxus ꝛ fieri: ꝛ importat illum vt fluit ab agēte ꝛ recipit̃ a patiēte: rõne cuius verbũ ſignificat ꝑ modũ actionis vel paſſiõis: ꝛ dicibilis ab alio. ꝛ de rõne actus verbũ dicit id qḋ vnit̃ cũ ſubiecto. ꝛ hab3 rõnē ꝑdicati materialis. ſed inquantũ reſpicit id cuius eſt.ſ. id a quo fluit vel a quo recipit̃ eſt vnitiuũ ſumpſi⁹ ad ſubiectũ. ꝛ h3 rõnē ꝑdicati formalis. iõ in ꝓpõne de ſecundo adiacente predicatum materiale ꝛ formale ratione diſtinguũtur.

Sed ꝯtra ꝑdicta arguit̃ ꝑmo. tñ ſunt due ptes ꝑncipales orõnis.ſ. nomē ꝛ verbu3. g̃ ꝓpõ cathegorica nõ h3 tres ptes ꝑncipales. ¶ Secũdo ſic. in iſta ꝓpõne. hõ eſt. nõ repiunt̃ ſubm ꝛ ꝑdicatu3 ꝛ copula: ꝛ tñ eſt cathegorica. igit̃ diffinitio nõ cõuenit omni ꝯtento ſub diffinito. ¶ Tertio ſic. in iſta ꝓpõne. hõ eſt hõ: hõ eſt ſubm: ꝛ tñ de ipſo nõ dr̃ aliud cũ idē ꝑdicet̃ de ſeipſo. g̃ male diffinit̃ ſubm de quo aliud dr̃. ¶ Quarto ſic. ſubiectu3 ꝛ ꝑdicatũ opponunt̃. q2 de rõne ſubiecti eſt eſſe ſub ꝛ ꝑdicati ē eē ſupra. g̃ ꝑdicatũ nõ põt dici de ſu[illegible]cto. ¶ Quinto ſic idē nõ põt eſſe diffiniēs ꝛ diffinitũ reſpectu euiſdē: q2 ſi ſic idē ignoti⁹ ꝛ noti⁹ eēt reſpectu eiuſdē: 3 ſubiectu3 diffinit̃ ꝑ ꝑdicatũ. g̃ male diffinit̃ ꝑdicatũ ꝑ ſubiectu3.

Ad argumenta. ¶ Ad ꝑmu3 dr̃. ꝙ l3 ſint tñ due ptes orõnis eſſentialiter diſtincte q̃tum ad modos ſignificãdi.ſ. nomē ꝛ verbũ. tñ ſunt plures accñtaliter diſtincte.ſ. q̃tũ ad ſitũ ꝛ numerũ eaꝝ in ꝓpõne. ꝛ ſic diſtinguit̃ ꝑdicatũ mãle ꝛ ſubiectum ꝓpõnis. ¶ Ad ſecundu3 dr̃. ꝙ l3 in illa ꝓpõne. hõ eſt: predicatũ ꝛ copula nõ diſtinguant̃ ſm̃ vocē ꝛ realr̃: tñ diſtinguunt̃ rõne vt ꝑus viſu3 eſt. ꝛ iõ põt reſolui in iſtaz. hõ eſt ens. vbi ꝑdicatũ ꝛ copula vocalr̃ diſtinguunt̃. ꝛ ſilr̃ q̃lib3 ꝓpoſitio in qua ponit̃ nomē ꝛ v̄bũ tñ põt reſolui per ꝑticipiũ illius v̄bi. ꝛ ꝑ hoc v̄bũ eſt: vt hõ legit. i. hõ eſt legens. ¶ Ad tertiũ dr̃: ꝙ in illa: hõ eſt hõ: l3 ꝑdicatũ nõ ſit realr̃ aliud a ſubiecto. eſt tñ aliud ſm̃ ſitũ ꝛ numerũ vocis. ꝛ h̄ ſufficit. q2 nõ ſumit̃ hic aliud ꝓprie vt dicit diuerſitatem eēntialē. ¶ Ad q̃rtũ dr̃: ꝙ ſubiectũ ꝛ ꝑdicatũ accepta formalr̃ q̃tũ ad ſ[illegible]tiões ſubiecti ꝛ ꝑdicati opponunt̃. iõ iſta eſt ĩpoſſibilis ſubiectũ eſt ꝑdicatũ. tñ ipſa accepta mãliter q̃tũ ad illḋ qḋ ſunt nõ opponunt̃. ꝛ h̄ inõ vnũ dr̃ de alio. ¶ Ad q̇ntũ dr̃. ꝙ l3 ĩ entib⁹ abſolutis idē nõ ſit diffiniēs ꝛ diffinitũ: tñ bñ eſt ĩ relatiuis in qb⁹ vnũ põt eē magis ꝛ minus notũ altero ſm̃ diuerſas rões: ꝛ hõ ſunt ſubiectũ ꝛ ꝑdicatũ. ꝛ iõ per ſeinuicē cõuenienter poſſunt diffiniri.

¶ Propoſitionũ cathegoricarũ alia vniuerſalis: alia particularis: alia indefinita: alia ſingularis. Propoſitio vniuerſalis eſt illa ĩ qua ſubijcitur terminus cõmunis ſigno vniuerſali determinatus. Uel ꝓpoſitio vniuerſalis eſt illa que omni aut nulli ĩeſſe ſignificat: vt omnis homo currit. vel nullus homo currit. Terminus communis eſt qui aptus natus eſt predicari de pluribus: vt homo eſt terminus communis; quia predicatur de ſorte ꝛ platone ꝛ de vnoquoq3 homine. Signa vniuerſalia ſunt hec: omnis: nullus: nihil: quilibet: alter: vter: neuter: ꝛ ſimilia.

¶ Poſtq̃ auctor ꝑmiſit diffinitionē ꝓpõnis cathegorice: hic ꝯſequēter auctor eã diuidit ꝑ vlez ꝓpõnē ꝑticularē ꝛ idefinitã ꝛ ſingularē. Cur⁹ diuiſionis ſufficiētia ſic haberi põt: q2 in oĩ ꝓpõne cathegorica eſt ſubiectũ ꝑdicatu3 ꝛ copula. vel ergo ſubiectũ eius tenet̃ pro vnico ſuppoſito: ꝛ ſic eſt ſingularis. vel pro plurib⁹: ꝛ hoc dupliciter. vl̃ tenet̃ ſub q̃titate indeterminata per ſignũ: ꝛ ſic eſt idefinita. vel ſub q̃titate determĩata per ſignũ: ꝛ hoc duplr̃: q2 vel illud ſubiectũ determinat̃ ꝑ ſignũ vniuerſale: ꝛ ſic eſt vniuerſalis. vel per ſignũ ꝑticulare: ꝛ ſic eſt ꝑticularis. Et dicitur iſta diuiſio ſumi ex ꝑte quãtitatis ꝓpõnis.

Primo ſciēdũ ꝙ q̃titas ꝓpõnis eſt diſpoſitio ſubiecti qua meſurat̃ acceptio eius pro vnico vl̃ pro plurib⁹. Et dr̃ iſta diſpoſitio quãtitas trãſumptiue ꝑ ſilitudinē: q2 ſicut q̃titas ꝓprie dicta eſt meſura ſubſtan-

tie:sic ista est mēsura subiecti ppōnis. ⁊ q2 iste diuisio sumit ex pte dispōnis subiecti ppōnis. vt pz p sufficiētiam ei⁹. iō sumit ex pte q̄ntitatis. ⁊ iterz:q2 illa q̄ntitas se tenet ex pte subiecti ⁊ materie. lz imediate sumat ex pte q̄ntitatis. Ex q̄ pz q̄ nō ē diuisio gnis in suas spēs. q2 illa diuisio semp fit per formales dr̄ntias:qd nō cōuenit isti diuisiōi: sed magis est diuisio subiecti in accidentia.

Secūdo sciendū q̄ ppō vlis est in q̄ subijcit terminus cōis signo vli determinatus:vt ois hō currit. Et ad ipsaz reqrit primo. q̄ ibi sit termin⁹ cōis cōiter tent⁹:defectu cuius ista nō est vlis. ois hō est totū in q̄ntitate. sed singularis:q2 lz hō hz se sit terminus cōis: tn̄ ibi capit singulariter p seipso nō distributo in ordine ad p̄dicatū. iō illa ppō est singularis. Secūdo requirit. q̄ talis terminus sit determinat⁹ signo vniuersali sic q̄ distribuatur per ipz ⁊ teneatur vniuersaliter: defectu cui⁹ ista nō est vniuersalis:non omnis homo currit: sed particularis:q2 illud signū. ois nō distribuit subiectum: sed p negatione impeditur actio eius. ⁊ sic pz q̄ in propositione vniuersali requirit terminus vniuersalis vliter tentus: ⁊ q̄ sit vlis hz ex porte sui significati: ⁊ q̄ sit vliter tentus hz a signo vli. ⁊ ab hoc vltimo ppositio dr̄ vniuersalis.

Tertio sciendū q̄ ad notificandū diffinitiōem ppōnis vlis auctor notificat terminū cōem ⁊ signa vlia. Unū termin⁹ cōis est q̄ est aptus natus p̄dicari d̄ plurib⁹. Et hui⁹ rō est:q2 terminus cōis dr̄ cuius significatū est cōicabile multis. sicut hō significat humanitatez q̄ cōicabilis est sorti ⁊ platoni. ⁊ sic de alijs: ⁊ q2 tale significatū cōe est reptū in multis actu vel aptitudine. iō terminus cōmunis potest predicari de multis: ⁊ cōitas eius attendit ex parte sui significati ⁊ nō ex pte vocis: ⁊ q2 ex parte vocis hō nō habet maiorē cōmunitatē q̄ sortes.

Quarto sciendū q̄ signū vle dr̄ qd facit terminum cui iungit teneri vliter p omnib⁹ suis suppositis:vel est signū qd significat:qn vliter. i. q̄ termin⁹ cui addit tenetur vliter ⁊ distributiue. ⁊ signoꝝ quedoz significāt vniuersaliter ⁊ affirmatiue:alia vliter ⁊ negatiue. Ex quo pz q̄ signū vle est quedaz dispositio subiecti: nō tamē absoluta dicens quale sit subiectuz fm se:sed est dispositio respectiua dicens qualiter subiectū subijcitur predicato. ppter hoc repta fuerunt. ⁊ p hoc pz prima diuisio ppōnis cathegorice: ⁊ diffinitio p̄mi membri eius.

Sed cōtra p̄dicta p̄mo arguit. membra diuisiōis ppōnis cathegorice nō sunt opposita. igit ⁊c. Antecedēs pz:q2 particularis ppositio cōtinet in vli. igit ille nō sunt opposite. vel opposita eēnt in eodem. ¶ Scdo sic. in ista. cuiuslibet hois asinus currit. subijcit termin⁹ cōis signo vli determinatus: ⁊ tn̄ est indefinita. igit diffinitio ppōnis vniuersalis conuenit alijs a diffinito. ¶ Tertio sic. ista est vlis: nihil est in bursa: ⁊ tn̄ non subijcit terminus cōis:sed tm̄modo signū vle. s. nihil igit ɔtra illā diffinitiōez. ¶ Quarto sic. ista est vlis:nō homo currit. cū sit ɔtradictoria isti⁹:hō currit: ⁊ tn̄ ibi nō ponit signū vle:igit in illa diffōne male ponit signo vli determinatus. ¶ Quīto sic. omne vle p̄dicat de multis: sz nullū signū p̄dicatur de multis. igit nullū est signū vle.

Ad argumenta. ¶ Ad p̄mūz dr̄. q̄ ppō particularis. lz fm suū significatū cōtineat in vli:nō tn̄ formaliter ⁊ fm vocē. iō formaliter bn̄ opponunt penes vle ⁊ pticulare. ¶ Ad secundū dicit q̄ in ista:cuiuslibz hois asinus currit. est duplex subiectū. s. subiectū locutiōis qd reddit suppositū v̄bo: ⁊ subiectuz distributiōis qd ibi distribuit per signūz vle. rōne p̄mi est indefinita. rōne secūdi est vlis:sz q2 enūciatio simpliciter denoiat q̄ntita ex pte subiecti locutiōis qd ppue est subiectuz enūciationis. ideo est simplr indefinita. ⁊ silr dicendū est de istis. cuiuslibet hois oculus est dexter:oēm hominē vider fortes. ¶ Ad tertiū dr̄. q̄ lz in ista:nihil est in bursa:nō ponat explicite termin⁹ cōis tn̄ vtualr ponit ⁊ ſplicite in illo signo nihil:qd icludit terminū sue distributionis. s. ens. ¶ Ad q̄rtū dr̄. q̄ in ista:nō hō currit. lz nō ponat formalr signū vle:tn̄ ibi ponit distribr̄ ɔ ex ɔsequēti rōne negationis q̄ p se p̄mo negat v̄itatē huius ppōnis: hō currit: ⁊ p hoc remouet p̄dicatuz a quolibet supposito subiecti:q2 hoc reqrit ad falsitatē huius:hō currit. ⁊ iō ex ɔsiti pōit istā. null⁹ hō currit: ⁊ distribuit subiectū. ¶ Ad q̄ntū dr̄. q̄ nullū vle signū est vle in p̄dicādo. sed bn̄ in distribuēdo qd sufficit vt aliqua dicant signa vniuersalia.

¶ **Propositio pticularis est illa in qua subijcit terminus cōis signo pticulari determiatus:vt aliquis homo currit:qdā equus mouet. Signa pticularia sunt hec:aliqs:qdaz:reliquus: alter: ⁊ similia. Propositio indefinita est illa in qua subijcitur terminus cōis nullo signo determinatus:vt homo currit.**

¶ Postq̄ auctor determiauit de ppōne vli que iter alias habet pfectiorē q̄ntitatē eo q̄ subiectū ei⁹ teneat in actu: ⁊ fm modū enūciādi pro oibus suis suppositis qd non fit in alijs: Hic consequēter auctor determiat de ppōne pticulari ⁊ indefinita. ⁊ q2 ppō pticularis habet quantitatē sui subiecti determinatā per signū:nō aūt indefinita: Jō p̄us determinat de particulari ipsam sic diffiniēs. Propō pticularis est illa in qua subijcit termīus cōmunis signo particulari determinatus. vt quidam homo.

Primo sciēdū q̄ in ppōne pticulari subm̄ ɔbit ad stādū p aliqua pte ei⁹ siue p aliq̄ suoꝝ pticulariū: ⁊ ide dr̄ pticularis. ⁊ q2 termin⁹ discret⁹ nō hz aliquā ptē subiectiuā sub se: ⁊ iō nō hz ɔbi ad stādū p aliquo ei⁹ pticulari nec pōt eē subm̄ alicui⁹ ppōnis pticularis: iō opz q̄ in ea subijciat terminus cōis. ⁊ q2 terminus cōis nō hz de se maiorē determiationē ad stādū p nā simplici q̄ p pticularib⁹:nec ad stādū pro oib⁹ suppositis sil:vel p aliqb⁹ tm̄:ideo ad determinādū ipm pro aliquo particulari eius reqrit q̄ sit determinatum per signū pticulare.

Secūdo sciēdū q̄ signū pticlare est dispositio subiecti determinās ipm pro pte indeterminata eius. s. pro indiuiduo vago in ordine ad p̄dicatū. ⁊ inde dr̄ pticulare a pte:q2 ɔbit terminū ad aliquā pte ei⁹: vt dr̄ cēdo qdā hō currit:illud signū qdā determinat hoiez ad īdiuiduū ei⁹ lz idetermiatū. hō eni remoto illo signo non hēret talē determiationē:sz posset idifferēter accipi p nā cōi vel p suppositis: ⁊ nō est signū pticulare dispō absoluta subiecti:sed est dispō respectiua subiecti dicens qualr subm̄ p̄dicato subijcit: sicut dictū est de signis vlibus.

Tertio sciēdū q̄ ppositio indefinita est illa in qua subijcit terminus cōis sine signo:vt hō currit. Cuius rō est:q2 ppositio idefinita est indeterminata fm quātitatē ⁊ acceptionē sui subiecti. ⁊ q2 terminus singularis semp habet determinatā acceptionē:q2 tenet p vnico determinato supposito:ideo in ppōne idefinita nō pōt subijci terminus discret⁹:sz [illegible] reqrit terminus cōis. ⁊ q2 terminus cōis accept⁹ cū signo vli vel pticulari semper habet determinatā q̄ntitatē. iō ad ppōnē idefinitā reqrit q̄ talis terminus ponat sine signo determinante ipm ad certā quātitatē mēsurādo acceptionē eius p vnico supposito vel pro plurib⁹. ⁊ ad ppōnē idefinitā ⁊ pticularē reqrit q̄ sit ibi termin⁹ cōis cōiter tētus defectu cui⁹ hec nō est idefinita. hō est spēs:q2 hō ibi tenet simplr.

Quarto sciendū q̄ ppositio indefinita nō dr̄ indefinita:quia non hēat determinatā q̄ntitatē

ꝺm rē ⁊ intellectū: q2 oīs ꝓpositio ꝺm rē h3 determinatā q̄titatē: cū in ea sit determinata acceptio ꝺm subiecti s3 dr̄ indefinita: q2 acceptio ꝺm subiecti nō est determinata ad certā q̄titatē ꝺm modū enūciādi que ꝓuenit ex dispōne sibi ꝑ signū vl'e vel ꝑticulare. iō dr̄ idefinita .i. idetermi- nata q2 subiectū ei⁹ nō est determinatū signo vl'i vl' ꝑticulari ad aliquā q̄titatē. ⁊ l3 subiectū ei⁹ supponat determinate q̄tū ad illud pro quo v'ificat̄ locutio: tū q̄tū ad modū enūciā- di tenet̄ idetermiate: q2 nō determiat̄ ꝑ signū. ⁊ ꝑ h' appa- rent diffinitiones ꝓpositionū ꝑticularis ⁊ idefinite.

Sed cōtra ꝑdicta ꝑmo arguit̄: hec est ꝑticularis: nō oīs hō currit: ⁊ tū ibi nō est termin⁹ cōis signo ꝑticulari determiat⁹. igit̄ ꝯ diffinitionē. ¶ Se- cūdo sic. nullū cōius pōt determiare min⁹ cōe cū sit ma- gis determiatū q̄3 sit cōius. sed signū ꝑticulare est cōius ⁊ min⁹ determiatū q̄3 termin⁹ cōis: q2 pōt applicari ad quē- libet terminū cōem. ergo nō pōt determiare terminū cōem. ¶ Tertio sic signū ꝑticulare ñ remouet cōitatē termini cōis: q2 qdā hō v'ificat̄ de tot hoīb⁹ sic hō: ergo signū ꝑticula- re nō ꝯhit terminū cōem ad aliquā ei⁹ ꝑtē. ¶ Quarto sic: hec ē idefinita sor. est dictio dissyllaba q2 sor. ibi tenet̄ ꝑ vocib⁹ ꝑlatis a diuersis hoīb⁹: ⁊ pōt ꝑ qlibet v'ificari: ⁊ tū ibi nō subijcit termin⁹ cōis: igit̄ in idefinita nō semꝑ subij- cit̄ termin⁹ cōis. ¶ Quīto. ista est idefinita. tn̄ hō currit: ⁊ tū ibi nō ponit̄ terminus cōis sine signo igit̄ ⁊c.

Ad argumenta. Ad ꝑmū dr̄. q2 l3 i ista nō oīs hō cur. nō sit signū ꝑticulare formalr̄: tū ibi est v'tualr̄ rōne negatiōis remouētis vl'ita- tē signi vl'is seq̄ntis ⁊ ponētis ex ꝯñti ꝑticularitate. ¶ Ad scōm dr̄. q2 l3 signū ꝑticulare sit min⁹ determiatū ꝺm spe- ciem q̄3 termin⁹ cōis. q2 applicabile est idifferēter ad oēs spēs: tū est magis determiatū ꝺm numerū: ⁊ q̄ ad h' pōt ꝯ- hibere terminū cōem ad aliquā ꝑtē3 ei⁹. ¶ Ad 3ᵐ dr̄. q2 l3 signū ꝑticulare nō ꝯhat terminū cōem ad ꝑtē determia- tā ei⁹. s3 ad idiuiduū signatū tū bn̄ ꝯhit ip̄m ad ꝑtē ideter- minatā. ⁊ l3 qdā hō v'ificet̄. de tot suppositis de quot hō. Non tū pōt teneri pro nā simplici sicut hō ꝑ se sumpt⁹: ⁊ nō est ibi determinatio q̄tū ad acceptionē ⁊ ꝑdicationē idi- uidui. Unū qdā hō nō ꝑdicat̄ de multis hoīb⁹ nisi equoce: l3 bn̄ ꝑdicatiōe spēi. ¶ Ad q̄rtū dr̄. q2 si sor. sumat̄ ꝑ vno supposito est termin⁹ discret⁹. sed si sumat̄ loco vni⁹ vocis imposite ad significādū oēs siles voces in ꝑlatiōe sicut sumit̄ in hac. sor. est dictio dissyllaba. sic h3 rōnē termini cōis: ⁊ iō illa est idefinita: ⁊ sor. ibi supponit determinate. ¶ Ad qntū dr̄. q2 l3 in ista. tn̄ hō cur. sit signū exclusiuū: nō tū signū vl'e vel ꝑticulare disponēs subiectū ꝺm vl'ita- tem vel ꝑticularitatē. ⁊ de illo solū est hic ad ꝓpositum.

¶ Propositio singularis est illa in qua subijcit̄ termin⁹ singularis vel discretus: vt sortes cur- rit: vel terminus cōis cum ꝓnoīe demōstrati- uo ꝑmitiue spēi: vt iste hō currit. Terminus singularis vel discret⁹ est qui aptus nat⁹ est ꝑ- dicari de vno solo: vt sortes de seipso.

Tertio sciendū q̄ ad falsitatē copulatie sufficit alterā ptē eē falsaȝ. Rō est: q̄ ipsa sil' ponit ābas ptes ei⁹: sic vlis oēs sitas singulares. q̄ ppter falsitatē vnius cathegorice ipsa est tota falsa: τ copulatiua cui⁹ ambe ptes sūt false: nō ē magis falsa intēsiue q̄ illa q̄ hȝ tm̄ vnā falsaȝ: lȝ sit magis falsa extēsiue: q̄ falsitas ei⁹ ad plura se extēdit. Ex istis seqt q̄ arguēdo a falsitate vni⁹ cathegorice ad falsitatē toti⁹ copulatiue ē bona ꝯn̄a. Sequit etiā q̄ ad possibilitatē copulatiue reqrit possibilitas vtriusq; partis ei⁹: τ nō sufficit q̄ ambe partes sint fm̄ se poss̄es: sed reqrit q̄ sint iter se ꝯposs̄es. iō ista nō est possis: sor. est. sor. nō est: q̄ ille due nō sunt ꝯposs̄es iter se in veritate cū sint ꝯdictorie. Sȝ ad necessitatē copulatiue reqrit necessitas vtriusq; portis eius. Et ad ipossibilitatē sufficit impossibilitas vnius partis eius. Et ad contingētiā sufficit ꝯtingentia vnius partis: nisi altera sit impossibilis.

Quarto sciēdū q̄ ad dādū ꝯdictionē in copulatiuis habet talis regula: q̄ copulatiua τ disiūctiua de ptib⁹ ꝯdicētib⁹ ꝯdicūt: q̄ nō pnt sil' eē vē nec sil' false: sȝ repugnāt in vitate τ falsitate sil'. Et posset et alr̄ dari ꝯdictio in oib⁹ ypotheticis ferēdo negationē ad pncipalē copulā ypothetice: vel ꝓponēdo negationē toti ꝓpōni: q̄ nō est veri⁹ dare ꝯdictionē q̄ toti ꝓpōm ꝓponere negationē. τ per hoc patet quid sit ꝓpositio copulatiua: τ quid requiritur ad falsitatem τ veritatem eius.

Sed contra p̄dicta p̄mo arguit: hec est copulatiua: sortes τ plato currūt: τ tn̄ ibi non sunt due cathegorice: igit ꝯ diffōnē copulatiue. ❡ Scdo sic. hec ē copulatiua. oīs hō currit: q̄ copulatie ꝯtiet istas sor. currit. plato currit: τ sic de alijs: τ tn̄ ibi nō est ꝯiūctio copulatia igit ꝯtra diffinitionē. ❡ Tertio sic: hec ē copulatiua vera. homo est aial τ equus est lapis: igit ad veritatem eius nō requirit veritas vtriusq; partis. Antecedēs patet: q̄ oīs ꝓpositio aliqd dicēs ita eē sicut est: est vera. sed illa dicit aliqd esse sicut est: igit est vera: q̄ dicit hominez eē aial. ❡ Quarto sic: in copulatiua magis vniuntur due cathegorice q̄ in disiunctiua: in qua vniunt fm̄ voces tn̄: igitur copulatiua est magis vna q̄ disiunctiua: igitur nō habet minorē vnitatē oibus alijs. ❡ Quinto sic: totuȝ valet tātū quātū q̄libet pars: igit ad h̄ q̄ tota copulatiua sit falsa oportet quālibet partez esse falsaȝ: τ nō sufficit falsitas alterius portis.

Ad argumenta Ad p̄mū dicit q̄ si i illa ꝓpōne sor. τ plato currūt: illa ꝯiunctio et copulet inter terminos. s. iter sortē τ platonē: ipsa ē cathegorica de copulato subiecto. sed si copulet iter ꝓpōnes ipsa est copulatiua: τ tūc ibi sunt due cathegorice. s. sortes currit. τ plato currit. ❡ Ad scdm̄ dicit q̄ lȝ ista oīs hō currit: mōliter ꝯtineat plures cathegoricas etiā copulatiue: tn̄ ille nō ꝯtinent p modū pluriū τ formalr̄: sȝ per moduȝ vni⁹ tm̄. iō nō est copulatiua. ❡ Ad tertiū dicit: q̄ lȝ ista: oīs hō est aial τ equus est lapis: dicat aliqd esse sic est q̄tū ad partē sui significate: nō tn̄ quātū ad suū totū significatū qd ipsa affirmat. qd reqrit ad veritatē ꝓpōnis copulatiue. ❡ Ad quartū dicit q̄ lȝ in disiūctiua cathegorice minus vniant q̄ in copulatia: q̄ tn̄ disiūctiua solū ponit vitatē vni⁹ cathegorice: iō hȝ simplr̄ maiorē vnitatez q̄ copulatiua. ❡ Ad qntū dicit: q̄ si capiat tota distributiue: tūc ad hoc q̄ tota copulatiua sit falsa reqrit falsitas vtriusq; partis eius. sed si capiat tota copulatiue p perfecto sic tota dicit falsa ꝑpter falsitatē vnius partis.

❡ Disiunctiua ē illa in qua ꝯiūgunt due ꝓpositiones cathegorice p hanc ꝯiūctionez vel: aut aliā sibi equalentem: vt sortes currit vel plato disputat. Ad veritatē disiūctiue sufficit alterā ptē esse verā: vt hō est aial vel equus est asin⁹: τ pmittit q̄ vtraq; pars ei⁹ sit vera: sȝ non ita ꝓprie: vt hō ē aial vel equ⁹ est hinnibil'. Ad falsitatē eius oportet vtrāq; ptez eius eē falsam: vt hō est asin⁹ vel equus est lapis.

❡ Postq̄ auctor determiauit sup̄i⁹ de ꝓpōne copulatiua in q̄ due cathegorice ꝯiūgunt fm̄ voces τ significata sil'. Hic cōsequēter dtermiat de disiūctiua in q̄ cathegorice ꝯiūgunt fm̄ voces tm̄: ipaȝ p̄mo sic diffiniēs. disiūctiua ē illa in qua coniungunt due cathegorice p hanc cōiūctionem vel aut per aliam sibi equiualentem.

Primo sciēdū q̄ hec ꝓpō dr̄ disiūctiua eo q̄ i ipsa due cathegorice disiūgunt q̄tū ad significata: τ q̄ h̄ fit ꝯueniēter p ꝯiūctiōez disiūctiuā: iō i ipsa cathegorice vniunt p aliquā ꝯiūctiōez disiūctiuā. Cōiūctionis. n. disiūctiue duo sūt act⁹. Prim⁹ ē ꝯiūgere voces: i q̄ ꝯuenit cū alijs ꝯiūctōib⁹: rōe cui⁹ ꝯiūctio dr̄. Scd̄s act⁹ ē disiūgere significata: rōne c⁹ dr̄ disiūctiua: τ i h̄ differt sic ab alijs spēbus ꝯiūctōis. τ p hoc pȝ itent⁹ diffōnis p̄misse.

Secundo sciendū q̄ ad veritatē disiūctiue sufficit alterā ei⁹ portē esse verā. Rō est: q̄ disiunctiua ponit duas cathegoricas. s. vnā sub disiūctione ad aliā: ideo de suo formali significato tm̄ ponit vnaȝ cathegoricā: nō tn̄ determiate hāc vel illā: sȝ ideterminate. Jō ad vitatē ei⁹ sufficit alterā partē eē verā: cū ponat solū vnā illaȝ portiū. ipa. n. est sic totū vl'e. Sȝ ad eē toti⁹ vlis sufficit pō vni⁹ suaȝ portiū. sic ad pōnē aial' suffic positio hoīs. ideo ad vitatē disiūctiue suffic veritas vni⁹ ptis. Ex quo pȝ q̄ ad possitatē ei⁹ reqrit possitas alteri⁹ portis ei⁹. Et silr̄ ad nec̄itatē ei⁹ sufficit nec̄itas vni⁹ partis ei⁹: q̄ eadē est rō de possitate sicut de nec̄itate ei⁹ τ vitate.

Tertio sciendū q̄ ad falsitatem disiūctiue reqritur vtrāq; partē esse falsam. q̄ si tm̄ vna sit falsa τ alia va: tūc ad veritatē ei⁹ sufficiat vitas vni⁹ partis: ipsa erit va simplr̄. τ nō poterit dici falsa. Jō ad hoc q̄ ipa sit falsa reqrit falsitas vtriusq; ptis ei⁹ sic ad destructiōez vlis reqrit destructio oiuȝ suaȝ partiū subiaꝝ. Ex quo seqtur q̄ ad ipossibilitatez disiūctiue reqrit ipossibilitas vtriusq; portis ei⁹: q̄ si vna eēt possis tota diceret possis. Et ad cōtingētiā eius requirit vtrāq; partē esse ꝯtingen-

tem vel qꝫ vna sit impossibilis ⁊ alia contingens: qꝛ si vna sit necessaria ⁊ alia ꝯiungēs tota diceret̄ necīa. ⁊ h̄ intelligē dū est i affirmatiuis: qꝛ opposito mō se hʒ in negatiuis.

Quarto sciendū qꝫ dupliciter arguit̄ a disiūctiuis. Uno mō: a tota disiūctiua cū destructione vni⁹ ptis ad positionē alteri⁹: vt hō ē aīal: vel equ⁹ ē lapis. sed equ⁹ nō est lapis: igit̄ hō ē aīal. Scdo mō arguēdo a vitate vni⁹ pti⁹ ad vitatē toti⁹: ē bona ꝯña. vñ bn̄ seqt̄. hec ē va. hō currit igit̄ hec ē va. hō ē asin⁹: vel hō currit. Et posset argu ere a falsitate toti⁹ disiūctiue ad falsitatē vtriusqꝫ pti⁹ ⁊ ecō uerso. De mō aūt dādi ꝯdictionē i disiūctiuis sat⁹ dictū ē.

Sed contra pdicta pmo arguit̄: hec est disiūctiua: oīs ppō ē va vł falsa: cū ibi sit ꝯiunctio disiūctiua: ⁊ tñ ibi nō sūt due cathegorice. igit̄. ¶ Secūdo sic: ꝯiūgere ⁊ disiūgere sūt act⁹ oppositi q nō pñt cōuenire eidē. ʒ ꝯiūctio disiūctiua hʒ disiūgere ppōnes. igitur p eā nō ꝯiūgunt̄ due cathegorice in disiūctiua. ¶ Tertio sic: oē totū itegrale sil' ponit oēs suas ptes. ʒ disiūctiua ē totū itegrale cū itegret̄ ex suis ptib⁹: igit̄ sil' ponit vtrāqꝫ. Et ad veritatē ei⁹ nō sufficit vitas vni⁹ ptis. ¶ Quarto sic. disiūctiua nō ponit veritatē alicui⁹ ptis ei⁹. q nō ponit veritatē nec pme nec scde. Igit̄ ad vitatē ei⁹ nō reqrit̄ veritas vnius partis. ¶ Quinto sic: hec disiūctia ē falsa: oēs hoies sunt asini: vel hoies ⁊ asini sunt asini: ⁊ tñ vna pars eius est va. s. hec: asini sunt asini. igit̄ ad falsitatē disiunctiue nō requirit̄ falsitas vtriusqꝫ partis.

Ad argumēta Ad pmū dr̄ qꝫ si hec ꝯiunctio vel ꝯiungat iter terminos: sic illa nō est disiūctiua: ʒ cathegorica de disiūcto pdicato: cui⁹ pdicatū est hoc totū verū vel falsuz: ⁊ sic ē va. Sʒ si ꝯiūgat inter ppōnes: sic ē vna disiūctiua falsa: ⁊ sic in ea sūt due cathegorice. s. ista: oīs ppō ē va: vel oīs ppō est falsa. ¶ Ad scdm dr̄. qꝫ ꝯiūgere ⁊ disiungere nō pñt ꝯuenire eidē ⁊ respectu eiusdē: ʒ bn̄ respectu diuersoꝝ: ⁊ sic sil' ꝯuenit ꝯiūctioni disiūctiue ꝯiūgere ⁊ disiūgere: qꝛ ꝯiūgit voces ⁊ disiūgit significata respectu alicuius tertij. ¶ Ad tertiū dicitur: qꝫ si ꝯsideret̄ disiunctiua ꝫ vocē bn̄ est totū itegrale suarū cathegoricarū: ʒ nō si ꝯsideret̄ qꝫtuz ad significata eius: qꝛ nō ponit formal'r significatū vtriusqꝫ parti de suo significato formali: ponit tñ significatuz vnius tm̄. ¶ Ad q̄rtū dicitur: qꝫ lʒ disiūctiua nō ponat veritatē alicui⁹ ptis eius determiate: tñ ponit vitatē ei⁹ ideterminate sub disiūctiōe ad aliā. ¶ Ad qntū dr̄. qꝫ i illa ppōne p⁹ cathegorica pōt eē d̄ disiūcto pdicato: ⁊ sic ē vna copulatiua va: qꝛ vtraqꝫ ps ē va. p⁹. n. ps ē: oēs hoīes sūt asini vel hoīes. ⁊⁹ ē: asini sūt asini. alio⁹ scda cathegorica pt eē de copulato subo: ⁊ sic ē disiūctia falsa: qꝛ vtraqꝫ ps ē falsa: pria ps ē: oēs hoies sūt asini. scda ē: hoies ⁊ asini sūt asini. ⁊ sic eo mō q̄ ē disiūctiua hʒ vtrāqꝫ partē falsaz: ⁊ sic pʒ de ypotheticis.

¶ De equipollētijs tales danī regule. Quarū prima est talis. Si alicui signo vl'i vel particulari preponatur negatio equipollet suo ꝯtradictorio. ⁊ ideo eqpollēt iste due: nō oīs hō currit: qdā hō nō currit: ⁊ ita de alijs. Scda regula talis est. si alicui signo vl'i pponat̄ negatio: equipollet suo cōtrario: sicut iste: oīs hō nō est aīal: nullus hō est aīal. Uel iste: nullus hō non currit: oīs hō currit: ⁊ ita de alijs signis vl'ibus affirmatiuis vel negatiuis.

¶ Postq̄ auctor determiauit de ppōnib⁹ tā cathegoricis q̄ ypotheticis. Hic ꝯñr determiat de q̄daz passiōe ppōnis. s. de eqpollētia q̄ p se p̄ ꝯuenit ppōnib⁹ cathegoricis: ⁊ p cathegoricas ypotheticis. ⁊ lʒ ordine nāe eqpollentia debeat imediate poni post oppōnes ⁊ añ ꝯuersiōes: sic posuit Buridan⁹: eo qꝫ regule eqpollētiarū danī p respectū ad oppōnes: tñ ordie doctrie ꝯueniēti⁹ ponit̄ post ppōnes ypotheticas: ad īmediū qꝫ eqpollētie: nō solū ꝯueniūt ppōnib⁹ cathegoricis: ʒ ēt ex ꝯñti ypotheticis. s. rōne suaꝝ ptiuz: vt ille eqpollent: si nullus hō mouet̄ nullus hō currit: ⁊ si nō qdam hō mouet̄ nō quidā homo currit.

Primo sciēdū: qꝫ eqpollētia dicit̄ equiualētia duaꝝ ppōnū in qualitate ⁊ quātitate: in veritate ⁊ falsitate p aduētū negationis facta. Et dicit̄ eqpollentia ab equ⁹: qd̄ est eq̄le: ⁊ polleo es. qd̄ est idē qd̄ valeo es. ideo eqpollētia ⁊ equalētia idē dicūt realiter. Sʒ equalētia cōiter accipit̄ p equalētia rerū terminoꝝ ⁊ ppōnuz. Equipollentia vo q̄uis ita gn̄aliter ⁊ ita cōiter possit accipi: tñ magis ppue sumit̄ p equiualētia ppōnū q̄ pro alijs: ideo equalētia se hʒ vt gen⁹ ad eqpollētiā: ideo bene ponit̄ i suꝫ diffōne loco gnīs. ⁊ residuū qd̄ sequit̄ loco drīe ad explicandū spāl'r naturā equipollētie ppōnuz.

Secundo sciendū qꝫ triplex est negatio. s. negans: infinitās: ⁊ puans. Negatio negans est que negat totum quod reperit post se ⁊ eius oppositū ponit: cuius pprius actus est negare compositionē propositiōis intrinsecā. Sʒ negatio īfinitans est q̄ negat ꝯpōnē itrinsecaz termini finiti faciēs ipm īfinitū: sicut est negatio nō in oīs infiniti vel vbi īfiniti que solū infinitat ⁊ negat q̄litatē vel actū ꝺterminatū relinqnēs subaz īfinitā vel actū ideterminatū. vt nō hō vel nō currit. Sʒ negatio puās est q̄ negat habitū subi: ⁊ relingt subʒ cā aptitudine ad habitū sic est cecitas. ⁊ de negatōe negāte solū itelligit̄ in diffinitōe eqpollētie: ⁊ in regulis sequētib⁹: nō aūt de alijs negatiōib⁹.

Tertio sciendū qꝫ eqpollētie ppōnuz q̄tuor regulis notificant̄ in textu. Quaꝝ pma est: si alicui signo vl'i vel pticulari pponat̄ negatio eqpollet suo ꝯtradictorio. Cuius rō est: quia cōtradictorie repugnant in q̄litate ⁊ quātitate simul. sed negatio preposita signo mutat quantitatem signi ⁊ qualitatē copule in suam oppositam: eo qꝫ ipsa totū negat qd̄ post se reperit: ideo facit propositiones pus repugnantes in qualitate ⁊ quantitate simul esse eiusdē qualitatis ⁊ quātitatis. ⁊ sic facit cōtradictorias equipollere per aduentum eius.

Quarto sciendū qꝫ scda regula est: qꝫ si alicui signo vl'i postponat̄ negatio eqpollet suo cōtrario. Cui⁹ rō est: qꝛ ꝯtrarie repugnāt in q̄litate solū ⁊ in q̄titate nō: sed negatio postposita signo ⁊ addita copule mutat q̄litatē copule ⁊ nō quātitatē: qꝛ nō agit in pcedēs: nō ipsa facit pus ꝯtrarias eē eiusdē qualitatis ⁊ equipollere inter se. Et harū regulaꝝ exēpla satis patent in textu.

Sed contra predicta pmo arguitur. Signo non est addenda negatio: vt dicit̄ pmo periarmenias: neqꝫ infinitans: neqꝫ negans: eo qꝫ act⁹ negatiōis negantis est negare cōpositionē subiecti cū predicato. igitur signo non debet preponi negatio aliq̄: vt dicit pma regula. ¶ Scdo sic. nulla negatio dat ppositiōi aliquā quātitatē: ʒ solū negat ⁊ destruit id qd̄ repit: igit̄ negatio addita signo pticulari nō dat sibi q̄titatē vlez. igit̄ nō facit ipsaz equipollere suo ꝯtradictorio. ¶ Tertio sic. ꝯtradictorie nunq̄ sunt equipollētes cū simul repugnāt in q̄litate ⁊ quātitate. ergo negatio preposita signo nō facit ꝯtradictorias ipsas eqpollere. ¶ Quarto sic. negatio postposita signo est eiusdē virtutis sicut preposita: cū sit eiusdem nature ⁊ rōnis: igit̄ sicut negatio preposita signo facit eqpollere cōtradictoria: ita negatio postposita: ⁊ sic nō facit equipollere ꝯtraria. igit̄ ꝯ scdaz regulā. ¶ Quinto sic. in istis omne currēs mouet̄: cū negatio postposita signo: ⁊ tñ nō facit ꝯtrarias equipollere: qꝛ ille non equipollent in veritate. ergo secunda regula falsa.

Ad argumenta Ad primũ dicit̃: q̄ signo nõ ẽ addẽda negatio infinitans. qz nõ est infinibile: tñ sibi põt addi negatio negãs. ⁊ lz actus p̃mus negatiõis negãtis sit negare ꝯpositionẽ ꝯfonis: tñ scd̃ario põt negare q̄titatẽ signi ⁊ alia q̄ repit post seipsã.
¶ Ad scd̃z dicit̃: q̄ lz negatio negãs p se solũ neget id qđ post se reperit: tñ ex ꝯñti põt ponere oppositũ illi⁹ qđ ipsa negat. lz sit p accidẽs ⁊ nõ p se. iõ qñ negat porticularẽ quãtitatẽ: ex ꝯñti ponit vlem: ⁊ ecõtra. ⁊ negãdo negationẽ ex ꝯñti ponit affirmationẽ. ¶ Ad tertiũ dicit̃: q̄ si capiant̃ ꝯdictorie formalr̃ vt ꝯdictorie sũt: nunq̄z sũt eq̄pollẽtes: s; repugnãtes. Sz si capiant̃ mãlr̃ s; illud qđ sũt bene sũt eq̄pollẽtes p aditẽtũ negatiõis: sic q̄ ille due q̄ p̃us erãt ꝯdictorie p adnẽtũ negatiõis sũt eq̄pollẽtes: ⁊ sic itelligit̃ ista regula ⁊ oẽs alie regule seq̄ntes. ¶ Ad quartũ dicit̃: q̄ lz negatio postposita signo s̃m se sit eq̄lis virtuti sicut p̄posita. tñ nõ est eodẽ mõ applicata ad subiz qđ vz negãre: eo q̄ nõ reperit post se quãtitatẽ p̄põnis sic aliã: iõ nõ mutat q̄ntitatẽ: nec facit eq̄pollere ꝯdictoria.
¶ Ad q̄ntũ dicit̃: q̄ lz in illis sit negatio postposita signo tñ nõ fert̃ supra copulaz p̄ncipale p̄põnis: sed supra illud participiũ currẽs: iõ nõ facit ꝯrias eq̄pollere: sed solũ mutat subiectũ p̄põnis. Unde regula itelligit̃ sic: q̄ sit negatio postposita signo ⁊ toti subiecto cadẽs supra copulã p̄positionis: quod tamen non fit in istis.

¶ Tertia regula talis est: q̄ si alicui signo vniuersali vel particulari p̄ponat̃ ⁊ postponat̃ negatio: eq̄pollet suo subalterno: sicut iste due: nõ oĩs hõ nõ currit: q̄dã hõ currit. vel iste: non q̄dã hõ nõ currit: oĩs hõ currit: ⁊ sic de alijs. similiter de quolibet alio signo. Ex istis regulis sumit̃ alia regl'a talis. Si duo signa vl'ia negatiua ponant̃ in eadẽ oratiõe: ita q̄ vnũ ĩ subiecto ⁊ reliquũ fuerit in predicato: primuz equipollet suo cõtrario per secundã regulã: reliquũ vero cõtradictorio per primã regulã: vt illa: nihil est nihil. equipollet huic: quodlibet ẽ aliquid: quia per secundã regulaz quodlibet nõ ⁊ nihil equipollent. ⁊ per primã regulã: nõ nihil ⁊ aliquid equipollent. Unde hec. nihil est nihil. eq̄pollet huic: quodlibet est aliquid: quia nõ nihil ⁊ aliquid equipollent sicut nõnullus ⁊ quidã. vnde versus. Non omnis quidaz: non omnis nõ quasi nullus. Nõ nullus quidã: sed nullus nõ valet omnis. Nõ aliquis nullus: nõ quidaz nõ valet oĩs. Nõ alter neuter: neuter non p̄restet vterq̄z. Jtez. Pre cõtradic. post cõtra. pre post q̄z subalter.

¶ Postq̄z auctor determinauit ⁊ posuit duas regulas. s. p̄mã ad habẽdũ equipollẽtiã ꝯdictoriarũ. ⁊ scd̃az ad habẽduz equipollentiã cõtrariarũ. Hic ꝯseq̄nẽter ponit tertiã ad habendũ equipollẽtiã subalternarũ: que talis est. Si alicui signo vl'i vl' p̄ticulari p̄ponat̃: ⁊ postponat̃ negatio equipollet suo subalterno qz subalterne repugnãt ĩ quãtitate solũ: ⁊ nõ in qualitate. Sed negatio preposita signo mutat quãtitatẽ p̄positionis: ⁊ postposita impedit ne mutetur q̄litas: qz vna negatio destruit actũ alterius: ⁊ iõ p̄ma negatio variat quãtitatẽ p̄positionis: ⁊ nõ qualitatez: ⁊ per cõseq̄ns facit equipollere subalternas.

Primo sciendũ: q̄ vt in ista regula habet̃. due negationes equiualent vni affirmationi. Cuius ratio est: qz p̄mo negatio que post seipsaz reperit aliã negationẽ negat ⁊ destruit ipsaz: sed destructa negatiõe ponit̃ affirmatio: qz de qualibet ẽ affirmatio vel negatio vera: ⁊ de nullo ambe simul: ⁊ ideo due negationes cadẽtes supra seinuicẽ equiualent vni affirmationi.

Secundo sciendũ: q̄ due affirmatiões nõ equiualent vni negationi: s; due negatiões vni affirmationi. Cuius rõ est: qz vna affirmatio non destruit aliã: sed magis affirmat eã. affirmatio enĩ nõ ẽ instrumẽtuz intellectus ad destruẽdũ illud qđ p̃us dictũ est: vel qđ reperit post se: sicut ẽ negatio. iõ nõ destruit affirmationẽ seq̄ntẽ: quare nõ ponit negationẽ p destructionẽ affirmationis sicut fit in negationib⁹. ⁊ lz affirmatio ex ꝯsequenti destruat negationẽ rõne oppositionis. tamẽ non p̄mo ⁊ per se destruit sicut negatio: sed solũ ex cõseq̄nti. per hoc q̄ p̄mo ponit suum significatum propriũ: cum quo nõ põt stare negatio eius.

Tertio sciendũ q̄ licet in textu ponant̃ tres regule speciales de equipollentia cõtradictoriaz: contrariarũ: ⁊ subalternaz: tamen nulla ponit̃ de subcõtrarijs. Cui⁹ ratio est: qz si daret̃ eq̄pollentia in subcontrarijs. vel negatio p̄poneret̃ ⁊ postponeret̃ signo p̄ticulari vel p̄poneret̃ tñ: ⁊ sic vtroq̄z modo mutaret̃ q̄titas p̄positionis. ideo subcõtrarie nõ essent eiusdẽ quãtitatis. vel postponeret̃ tñ: ⁊ h̄ dupliciter: qz vel esset in affirmatiua vel in negatiua. Si scd̃z sic eẽt negatio ponẽdo duas negatiões vt hic q̄dã homo nõ nõ currit. Si p̄mũ sic eẽt penitus eadẽ p̄positio cũ alia: ⁊ sic nõ esset equiualẽtia duarũ p̄positionũ: iõ in istis nõ põt dari equipollentia.

Quarto sciendũ q̄ ex p̄cedentib⁹ regulis Pe. hispanus infert q̄rtã regulã quodãmodo cõtinentẽ. p̄mã ⁊ scd̃am q̄ talis est. Si in eadẽ locurõe ponãtur duo signa vl'ia negatiua: vnũ in subiecto: ⁊ reliquũ in p̄dicato: p̄mũ eq̄pollet suo ꝯrio: ⁊ reliquuz suo ꝯdictorio. Cuius rõ est. qz p̄mo signo postponit̃ negatio secũdi: ⁊ sic equipollet suo ꝯrio p scd̃az regulã: ⁊ scd̃o signo p̄ponit̃ negatio p̄mi: ⁊ sic equipollet suo ꝯtradictorio per p̄mã regulaz: vt ille equipollent. nihil est nihil: ⁊ q̄dlibz est aliquid. vnde ad retinẽdũ p̄dictas regulas cũ exẽplis eaz ponuntur metra ĩ textu q̄ satis faciliter p̄nt itelligi p ea q̄ dcã sũt.

Sed contra p̄dicta p̄mo arguit̃. Due subalterne minus repugnant q̄z due ꝯdictorie: ideo minus requirit̃ ad faciẽduz eas equipollere: sed ad equipollentiã ꝯdictoriaz sufficit vna negatio. ergo cum due negationes magis faciãt q̄z vna: sequit̃ q̄ ad equipollentiã subalternaz nõ requirunt̃ due negatiões. igit̃ cõtra tertiã regulã in ordine ⁊ p̄mã huiꝰ lectionis. ¶ Scd̃o sic. vna negatio nõ põt destruere aliã. igit̃ per hoc q̄ negatio p̄posita ⁊ postposita se destruant nõ fit equipollentia subalternaz. antecedẽs p̄z. qz omne qđ corrũpitur a suo cõtrario corrumpit̃: s; due negatiões nõ opponunt̃: imo sunt eiusdẽ rõnis. igit̃ vna nõ destruit aliã. ¶ Tertio sic. due negationes nõ ponũt affirmationẽ. qz vnum ꝯdictoriorum nunq̄z ponit reliquũ. sed negatio cõtradicit affirmationi. ergo negatio p̄posita ⁊ postposita signo nõ facit eq̄pollere subalternas. ¶ Quarto sic. signũ vniuersale est dispositio subiecti inq̄ztũ subiectuz est. ergo nunq̄z dz poni in p̄dicato. igit̃ in quarta regula supponitur falsum q̄ signũ vniuersale ponat̃ a parte predicati. ¶ Quinto sic. iste nõ equipollent. nihil est nihil. ⁊ q̄libet est aliq̄d: quia p̄ma est negatiua cuz ibi ponat̃ tñ vna negatio ante copulam: ⁊ alia est affirmatiua. igitur cõtra quartã regulã.

Ad argumenta Ad p̄mũ dicit̃. q̄ minus requiritur ad equipollẽtiã subalter-

naenim ꝙ contradictoria ꝫ: qꝛ ibi soluꝫ regritur mutatio q̄titatis; ꝛ in cōtradictorijs regritur mutatio q̄titatis et q̄litatis simul; ꝛ licꝫ due negatiões sint aliqd plus ꝙ vna fm vocē: tñ fm actū negandi minus faciunt: qꝛ solū mutant q̄titatē: ꝛ vna sola preposita signo mutat q̄titatem ꝛ qualitatē simul. ℂ Ad scdm dicit: ꝙ si due negationes considerent fm suaꝫ rōneꝫ sic nō opponunt. Sed si vna considerel in q̄tuꝫ est instrm intellectus ad negandū aliquid: ꝛ alia vt est obiectuꝫ qđ negat supra qđ cadit actus negandi. illo modo bene opponunt fm rōnem agentis ꝛ patientis: ꝛ sic vna destruit aliā q̄tuꝫ ad suos actus ꝛ nō fm substantiā eius. ℂ Ad tertiū dicitur ꝙ licet negatio per se pmo nō ponat affirmationē: tamē bene ex ꝯñti ꝛ p accidens negando negationē: quia negata ponit affirmatio. ℂ Ad quartuꝫ dicit. ꝙ signū vle vi includit in se terminū sue distributionis siue significatuꝫ termini qui per ipsum distribuit bene ponit in pdicato ꝓpōnis: ꝛ adhuc in q̄tuꝫ distributū est pōt poni a parte subiecti seu a parte pdicati lꝫ magis ꝓprie ponat a parte subiecti. ℂ Ad quintū dicit: ꝙ licet in ista: nihil est nihil secūda negatio nō ponat ante copulaꝫ fm vocē: tū ponit fm itellectuꝫ ꝛ sensum constructionis: qꝛ debet resolui 2m nihil per non ꝛ aliquid: ꝛ est sensus nihil est nihil: idest nihil non est aliquid: ideo illa simplr est affirmatiua ꝛ equipollet alteri affirmatiue. ꝛ sic pꝫ de equipollentijs.

Modus ē adiacēs rei determinatio: ꝛ hꝫ fieri p adiectiuū. Sꝫ adiectiuū est duplex. Est. n. qđdā adiectiuū nois: vt alb9 niger ꝛ silia. Et qđdā ē adiectiuū vbi: vt aduerbiū. qꝛ fꝫ Priscianū aduerbiū: ē vi vbi adiectiuū: Et iō duplex ē modus. Un9 ē noislis q fit p adiectiuū nois: vt hic hō alb9 currit. Alius vo aduerbialis q fit p adiectiuū verbi: vt hō alb9 currit velociter. ℂ Jtē aduerbioꝝ q̄dā determināt verbū gr̄a ꝯpōnis vt ista sex: necessario: ꝯtingēter: possibilr: ipossibiliter: vero: ꝛ falso. Alia determināt verbū gratia rei verbi: vt fortiter agit: velociter currit. Alia determināt verbū rōne tpis: vt aduerbia tēporalia. Alia dtermināt verbū rōne modi: vt aduerbia optādi ꝛ hortādi: ꝛ sic ð alijs. Et fꝫ hoc sumit mltiplr modus p aduerbia.

ℂ Postq̄ auctor determinauit supius de ꝓpōne de inesse: in qua denotat simplex inherētia pdicati ad subm: ꝛ ē cōpositio simplex. h ꝯñr vult determinare de ꝓpōne modali in qua est ꝯpō modificata ꝛ ꝯposita fm rōnē ex ꝯpōne dicti ꝛ modificatōe rōne cui9 modalis seqtur illā de inesse sicut ꝯpositū suū simplex: ꝛ qꝛ ꝓpō modalis dr̄ a modo per quē formalr modificant: iō anq̄ auctor notificet ꝓpositionē modalē: pus determinat de modo in cōi diffinitiue ꝛ diuisiue vt eliciat modū faciētē ꝓpōnē modalē.

Primo sciēdū ꝙ modus est adiacēs rei determinatio. Et hui9 rō est: qꝛ idem ē modus realiter fꝫ logicū: ꝛ adiectiuū fꝫ grāmaticuꝫ fꝫ oē adiectiuū ē determinatio adiacēs rei. s. suo substātiuo. oē enī adiectiuū est determiatio sui substātiui: ꝛ sibi adiacet. iō modus bñ dr̄ determiatio adiacēs rei: ꝛ ponit ibi determiatio loco generis: qꝛ determiatio est quoddā supius ad determinationē q̄ fit p adiectiuū: ꝛ ad determiationē q̄ fit p substātiuū: vel p iferius addtū suo supiori: vt aial hō. Deinde dr̄ adiacēs rei ad dr̄iam determinationis facte p substantiuū. Ex ista diffinitiōe pꝫ ꝙ oē adiectiuū siue sit determinatio vbi siue rei subiecte vel pdicate: vel subti in q̄tū subꝫ vel pdicati in q̄tum pdicatū est: vt sunt signa vlia vel ꝑticularia: ꝛ alie dispōnes respectiue possunt dici modi accipiendo modū cōmuniter sicut accipit hic.

Secundo sciēdū ꝙ modus in cōi sic diuidit: qꝛ quidā est modus noialis: ali9 aduerbialis. Cuius rō est: qꝛ ois modus hꝫ fieri p adiectiuū. cū sit adiacens rei: vel q̄ fit p adiectiuū nois: ꝛ sic est modus noialis vel p adiectiuū vbi: qđ est aduerbiū. ꝛ sic est aduerbialis q modus est determiatio determinās ipꝫ verbū ꝛ sibi adiacēs. vñ talis modus pōt dici vbalis rōne obiecti sui qđ determinat: qꝛ est determiatio verbi: ꝛ potest dici aduerbialis rōne sui subiecti: eo ꝙ est aduerbium.

Tertio sciēdū ē ꝙ nomē significat p modū pmanētis siue p modū generis. vbū vo p modū flux9 ꝛ fieri: ꝛ qꝛ adiectiuū nois significat p modum permanētis: iō solū habet determiare nomē: vel aliqd captū p modū nois fm suos modos significandi: ꝫ aduerbiū significat p modū flux9 ꝛ fieri in alio rōne cui9 ē cōueniēs determiatio vbi ꝛ adiectiuū ei9 iō isti mōi sic differūt iter se. qꝛ mod9 noial ē adiectiuū nois: ꝛ ē dteriatio nois substātiui fꝫ mod9 aduerbial hꝫ fieri p aduerbia ꝛ ē dteriatio vbi.

Quarto sciendū ꝙ mod9 aduerbialis subdiuiditur p q̄tuor modos fm diuisionē aduerbioꝝ: qꝛ quedā modificant verbū gr̄a cōpōnis: vt possibiliter ipossibiliter: ꝛ sic de alijs. Alia vo gr̄a rei verbi. vt velociter cōiter fortiter. Alia vero gr̄a tpis: vt aduerbia tpalia. Alia gr̄a modi: vt aduerbia optādi ꝛ hortādi. Cui9 rō ē: qꝛ verbū spāliter adiectiuū icludit in se q̄tuor ista. s. ꝯpōneꝫ q̄ est actus gn̄alis. ꝛ rē vbi q̄ dr̄ actus spālis ipsi9 vbi. vt in hoc vbo currit iportat ꝯpositio q̄ est act9 gn̄alis ei9 ꝛ cursus in ipso dicit res vbi: ꝛ est act9 spālis p ipm iportatus. Tertiū est tps. Quartū est mod9. fꝫ duo pma sūt essentialia verbo. dua vo vltima sūt modi significādi accn̄tales ei9. Et fm ista q̄tuor sūt diuersa aduerbia vbum diuersimode determinātia. Ex pdictis patet diffō ꝛ diuisio modi: ꝛ subdiuisio ei9. pꝫ ēt ꝙ ois mod9 cadens in ꝓpōne est determiatio subiecti vel pdicati vel cōpōnis ipsorum. qꝛ semp est determinatio alicui9 nois vel alicui9 verbi.

Sed contra pdicta arguit p̄: ois determiatio est actio: qꝛ determiare ē agere: sed modus nō ē actio. igit nō ē dtermiatio. ℂ Scdo sic. ipoꝛe est mod9: ꝛ tñ nō est dtermiatio rei adiacēs: qꝛ nō significat aliquā formā alteri adiacentē. igit male ponit diffō modi. ℂ Tertio sic: oē nomē significat p modū p se stantis: cū oē nomē significet p modū sube. igr nullū ē adiectuū nois nec mod9 noialis. ℂ Quarto sic. vni9 determiabilis est tñ vnica determiatio: fꝫ vbū est vnū determiabile. ḡ male ponunt plā aduerbia q̄ pñt determiare idē vbum. ℂ Quinto sic. q̄dā aduerbia dterminant vbū gr̄a loci: vt aduerbia localia: ꝛ q̄dā gr̄a nūeri: vt aduerbia nūeralia. igit isufficiēter enumerant aduerbia determinātia vba.

Ad argumenta Ad pmū dr̄. ꝙ dtermiare esse ꝯtinet: ꝛ p moduꝫ agētis ē agere: fꝫ nō determiare formalr. iō licꝫ determinatio actiua sit actio: nō tñ dtermiatio formal de q̄ itelligit i diffōne modi. ℂ Ad 2m dr̄. ꝙ licꝫ ipoꝛe nō significet formā realē adiacentē ꝯpōni: qꝛ significat ipossibilitatē q̄ ē puatio potentie: tñ significat formā ꝛ determiationē fꝫ modū itelligēdi: qꝛ ipossibilitas bñ appꝫhēdit p modū forme ꝛ determinatiōis ꝯpōnis. ꝛ sic significat p hūc modū ipossibile. ℂ Ad tertiū dr̄. ꝙ duplex ē mod9 sube. s. mod9 pmanentis ꝛ p se stātis: ꝛ oē nomē significat p modū sube q̄tū ad modū pmanētl. fꝫ sola substātia significāt p modū p se stātis adiectiua vo per modū alteri adiacentis. ℂ Ad quartuꝫ dicit. ꝙ vnius determinabilis fm idē esse vel eandē

rōnē est vnica determinatio: sȝ tn̄ vnius determinabilis mālıter sm̄ diuersas rōnes pñt eē plures determiatiōes: ꝛ sic est de vbo qđ diuersis rōnib⁹ determiaꝛ p aduerbia. ¶ Ad quantuȝ dr̄. ꝙ aduerbia loci ꝛ numeri ꝛ alia multa determināt vbū grā rei vbi ꝛ ꝯtinenꝛ in illa diuisiōe: vn̄ aduerbiū nūeri nō deteriat vbū rōne nūeri q̄ ē modus significādi vbi: sȝ rōne nūeri rei significate p vbū: vt cū dr̄ soꝛ. bis currit ibi ðteriaꝛ currit rōe dualitat̄ cursus significati p ip̄ȝ vbū n̄ āt rōne nūeri singlari aut plaꝛ absolute.

¶ Sȝ omissis oibus alijs solū de illis modis q̄ cōpōnem determinant est dicendū: vt sunt hi sex necessario ꝯtingēter ꝛ cetera. Cū eniȝ diciꝛ hō currit necessario: hic significaꝛ ꝙ cōpositio ista sit necessaria. Cū aūt diciꝛ hō currit bn̄ vl̄ male vel velociter significaꝛ ꝙ cursus hois sit bonus vel malus vel velox: ꝛ ita in illa determinaꝛ res verbi: in p̄ima vero ꝯpō: ꝛ sic itelligēdū est de alijs p̄dictis aduerbijs. Vn̄ solus ille modus q̄ determinat ꝯpōnē facit ꝓpōneȝ modalē: ꝛ solū de tali hic itēdimus. Et sciēdū ꝙ isti sex modi q̄nq̄ȝ sumunꝛ aduerbialiter: vt possibilr̄: īpossibiliter: necessario: ꝯtigēter: vero: falso. Q̄nq̄ȝ noialiter: vt possibile: īpossibile: necessariū: cōtingens: veꝝ: falsum.

¶ Postq̄ȝ auctor determiauit de mō in cōi tā diffinitiē q̄ȝ diuisiue. h̄ ꝯn̄r ondit de quo mō ē spāliter h̄ ad ꝓpositū: dicēs ꝙ h̄ solū in ꝓpōli dicedū est de mō q̄ determiat verbū grā ꝯpōnis ꝛ ꝯpōnē ꝓpōnis. Cui⁹ rō ē: q̄ꝛ hic solū p̄ncipalr̄ ꝯsideraꝛ modus faciēs ꝓpōnē modalē: sȝ solus modus determinās ꝯpōnē ꝓpōnis fac̄ ꝓpōnē modalē. eo ꝙ ꝯpō ē forma toti⁹ ꝓpōnis: iō modus ip̄aȝ modificās reddit ꝓpōnē modalē. Sȝ mōi determinātes subȝ vel p̄dicatū: q̄ꝛ solū modificāt ptes mālēs ꝓpōnis nō faciunt ꝓpōnē modalē. q̄re de illis nō est amplr̄⁹ determinandū.

Primo sciēdū ꝙ ꝯpositio ꝓpositiōis pōt duplr̄ determinari. Vno⁹ gnāli determinatiōe q̄ sibi addiꝛ aliqs modus entis sine ampliatione ipsi⁹ ꝯpōnis. ꝛ hoc mō determinaꝛ istis modis vō vel falso. Sȝ q̄ꝛ gnālis determinatio nō ē determiatio simplr̄: sed sm̄ qd tn̄ iō ꝯpositio h̄ mō nō simplr̄ modificaꝛ: nec fit simplr̄ modalis ꝓpositio. Alio⁹ determinaꝛ spāli determinatione: q̄n. s. modus dicit spālē modū entis ꝛ ampliat ꝯpōneȝ vltra tp̄s p̄ñs: ꝛ sic determiāꝛ istis modis: possibile. īpossibile: ꝯtingēs ꝛ necūm: ꝛ h̄ mō simplr̄ fit ꝓpō modalis.

Secundo sciendū ꝙ ad modū facientē ꝓpōnē modalē regrunꝛ tres ꝯditiones. Prima ꝙ talis modus determinet ꝯpōneȝ ꝓpōnis: defectu cuius adiectiua q̄ determināt subȝ vl̄ p̄dicatū mālē ꝓpōnis vl̄ verbū grā rei verbi modi vel tp̄is nō reddūt ꝓpōnē modalē. Secūda ꝯditio est. ꝙ talis modus dicat aliquā differentiā vel modū entis circa talē ꝯpōneȝ: defectu cuius negatio ꝛ isti modi opinabile ꝛ inopinabile vel credibile nō faciūt ꝓpōnē modalē. Tertia est: ꝙ talis modus ampliet ꝯpōnē vltra tp̄s p̄ns p̄teritū ꝛ futuꝝ: defectu cui⁹ verū ꝛ falsū nō faciūt ꝓpōneȝ modalē simplr̄ dictā: sȝ gnālr̄ tn̄.

Tertio sciedū ꝙ tn̄ q̄ttuoꝛ sunt modi faciētes simplr̄ ꝓpōnē modalē. s. possibile: īpossibile contingēs ꝛ necessariū: ꝓbaꝛ p sufficientiaȝ: q̄ꝛ ois modus faciēs ꝓpōnem modale determiat ꝯpōneȝ ꝓpōnis. vel g̊ circa ip̄aȝ dicit nō esse: ꝛ sic est īpossibile: vel dicit esse: ꝛ h̄ duplr̄. vel dicit simplr̄ esse ꝛ in actu: ꝛ sic est necessariū: vel esse ꝯiūctū potentie: ꝛ hoc est duplr̄: vel dicit ip̄sum per respectū ad suū actū: ꝛ sic est possibile. vel p respectū ad suā cām ꝯtingentē: ꝛ sic est ꝯtingēs. vn̄ ꝙ isti modi determinēt ꝯpōneȝ pȝ: q̄ꝛ cū dr̄ soꝛ. nec̄ario currit: designatur ꝙ ꝯpositio cursus cū sorte sit nec̄aria ꝛ nō necessitas sortis sm̄ se nec cursus sȝ nec̄itas ꝯpōnis vni⁹ cū altero: sȝ si dicaꝛ: soꝛ. currit fortiter: designaꝛ ꝙ ille cursus ē soꝛ.

Quarto sciēdū ꝙ p̄dicti modi p̄ñt sumi duplr̄. vno mō noialiter. Alio⁹ aduerbialr̄. Et rō est: q̄ꝛ modus in cōi ꝛ adiectiuū idē sunt: sed oē adiectiuū potest sumi noialiter: cū significet p modū p̄manentis ꝛ aduerbialr̄ cū significat p modū flux⁹ ꝛ fieri: iō illi mōi possunt duob⁹ illis modis accipi: ꝛ vtroq̄ȝ mō faciūt ꝓpōnē modalē simplr̄: q̄ꝛ simplr̄ determināt ꝯpōnē ꝓpōnis differenter tn̄: q̄ꝛ qū sumunꝛ noialiter determināt ꝯpōneȝ acceptā p modū nois. vt h̄: sorteȝ currere est possibile. cōpositio isti⁹ dicti sorté currere sumiꝛ noialr̄: sȝ qū sumuntur aduerbialr̄ determināt ꝯpōnē verbalr̄ designatā: vt hic soꝛ. curriꝛ possibilr̄. Ex dictis pȝ qui ꝛ quot sunt modi faciētes ꝓpōnē modalē: ꝛ quot modis accipianꝛ.

Sed contra predicta primo arguiꝛ sic: oē determinabile est in potētia. sed compositio ꝓpōnis cū sit forma toti⁹ ē in actu tn̄: ꝛ p ꝯn̄s nō ē determinabilis. igiꝛ nl̄s mod⁹ determiat illa ꝯpositioneȝ. ¶ Scd̄o arguiꝛ sic. mod⁹ determinans p̄tē toti⁹ ex ꝯn̄ti denoiat totū vt signū distribuens p̄mo subm̄ ꝓpōnis: ex ꝯn̄ti denoiat totā ꝓpōnē vleȝ. g̊ modi determinātes subȝ vel p̄dicatū debēt denoiare totā ꝓpōnē ꝛ nō soluȝ mod⁹ determinās totā ꝯpōnē. ¶ Tertio sic. determiatōes entis icōplexi nō determināt ꝯpōnē orōnis: sȝ necessariū ꝛ ꝯtingēs sūt determiatōes entis icōplexi: q̄ꝛ ens dr̄ necessariū vel ꝯtigēs. g̊ isti modi nō determināt ꝯpōnē. ¶ 4° arguiꝛ sic p se ꝛ p accn̄s faciūt ꝓpōnē modalē: vt dicēdo soꝛ. accidētaliter currit. igiꝛ nō sūt tn̄ q̄ttuoꝛ modi facientes ꝓpōnē modalē. ¶ 5° sic: nihil qđ significaꝛ noialiter determinat ꝯpōnē verbi: sȝ solū illud qđ designaꝛ aduerbialiter. sȝ modi faciētes ꝓpōnē modalem determinanꝛ verbū grā cōpositionis. igiꝛ nō p̄ñt noialiter designari.

Ad argumenta Ad p̄mū dr̄. ꝙ lȝ ꝯpō orōnis nō sit i potētia respcū eē toti⁹ ꝓpōnis: sȝ in actu tn̄: tn̄ est in potētia respectu determinationū accn̄taliū ei⁹ iō bn̄ pōt modificari. Jd ē. n. respectu diuersoꝝ bn̄ est in potētia ꝛ in actu sil̄. ¶ Ad 2ᵐ dr̄. ꝙ in accn̄tib⁹ q̄ nō ꝯueniūt toti nisi grā ptis: accn̄s ptis bn̄ denoiat totū. sȝ in illis q̄ possunt ꝯuenire toti ꝛ ptib⁹: accn̄s ptis nō sufficit denoiare totū: ꝛ sic est de modificatōe: q̄ꝛ tota ꝓpō pōt p se p̄mo modificari qn̄ modificaꝛ sua forma toti⁹: ꝛ p̄ñt modificari sue ptes. sȝ illa modificatōe nō denoiaꝛ ꝓpō modal. ¶ Ad tertiū dr̄. ꝙ si ꝯtigēs ꝛ necessariū accipianꝛ vt sūt dr̄ie entis icōplexi sic sūt determinatiōes ei⁹. Sȝ si accipianꝛ vt sūt dr̄ie entis ꝯplexi qđ est iherētia p̄dicati ad subm̄: sic sūt determiatiōes ꝯpōnis. ꝛ sic sumunꝛ in ꝓposito. ¶ Ad q̄rtū dr̄. ꝙ p se ꝛ p accn̄s nō sūt modi distincti ab istis: q̄ꝛ p se sub necessario ꝯtineꝛ reductiue: ꝛ p accn̄s sub ꝯtingēti. ¶ Ad q̄ntū dr̄. ꝙ lȝ illud qđ sumiꝛ noialr̄ nō possit determiare ꝯpōnē vbalr̄ acceptā sȝ solū aduerbiū. tn̄ pōt bn̄ determinare ꝯpōnē noialiter captā quo determināt isti modi noialiter capti.

¶ Propositio modalis est que modificaꝛ aliquo istoꝝ sex modoꝝ. s. possibile: contingēs: impossibile: necessarie: vere: ꝛ false: vt sorteȝ currere est possibile: sortem currere est cōtingens: ꝛ sic de alijs.

¶ Postq̄ȝ auctor determinauit de mō q̄ est p̄ncipiuȝ formale ꝓpōnis modalis. Hic ꝯn̄r determinat de ꝓpōne modali: ꝛ q̄ꝛ subā rei precedit passiōes eius: ideo p̄us de-

terminat de ppōne modali fm se q̄ȝ de equipollentys ꝛ oppositionib⁹ eius ipsam p̄mo sic diffiniens. Propositio modalis est illa q̄ modificat᷑ aliquo istoꝝ sex modoꝝ. s. possibile ipossibile: ꝯtingēs: necessariū: veꝝ ꝛ falsū.

Primo sciendū q̄ ppositio modalis dupl'r accipitur. Uno° cōiter p oī ppōne in q̄ modificat᷑ ꝯpositio sine h̄ sit determinatōe gnāli siue spāli. ꝛ sic veꝝ ꝛ falsū faciūt ppōnez modalē: ꝛ h̄ mō diffinit᷑ h̄ in gnāli. Alio° capit᷑ spāliter solū p illa ppōne cui⁹ compō ꝑ determiatiōe modificat᷑ ampliādo ipsaȝ vltra tempus siue p̄iacētis. ꝛ sic solū sūt ppō modalis p illos q̄tt uor modos: possibile: ipossibile: ꝯtingēs: ꝛ necessariū. ꝛ solum modales q̄ sunt modificate his modis sūt simpl'r modales: ꝛ de illis in seq̄ntib⁹ solū determinabit᷑: eo q̄ nō habent easdez eq̄pollētias ꝛ oppositiōes sicut ille de inesse. Ille vo q̄ modificant᷑ p veꝝ ꝛ falsū hn̄t easdez eq̄pollētias ꝛ oppōnes sic̄ ille de inesse: q̄ nō hn̄t ampliatiōnē vl' tēpus p̄ns: iō de illis nō determinabit᷑ omplius.

Secundo sciendū q̄ duplex est ppō modalis. s. cōposita ꝛ diuisa. Cōposita est illa in q̄ p̄dicatū dicti ꝯponit᷑ cū mā ꝛ forma ipsi⁹ subtī: ꝛ dȝ pferri di platiōe ꝯtinua ad designādū illā ꝯpōnē n̄ pausando iter ptes dicti ȝ iter dictū ꝛ modū. Diuisa ē illa in q̄ p̄dicatū dicti solū ꝯponit᷑ cū mā subtī ꝛ diuidit᷑ a forma ei⁹: ꝛ dȝ pferri platione discōtinua ad designandū illā diuisionē iter ptes dicti pausando ꝛ nō inter dcm̄ ꝛ modū: vt hec. albū esse nigrū est possibile: si nigrū cōponat᷑ cū albo p subo albedinis ꝛ p ipa albedine tūc est ꝯposita ꝛ falsa. Si ȝ ꝯponat᷑ cū albo p subo albedinis: ꝛ diuidat᷑ ab albedine discōtinuando ptes dicti: sic est diuisa ꝛ vera. Ex quibus pȝ q̄ tā in modalib⁹ diuisis q̄ȝ ꝯpositis modus determiat totā ꝯpositiōez dicti ȝ differēter: iō vtraq̄ȝ ē sim pl' modalis: ꝛ ō vtraq̄ȝ ītelligit᷑ diffinitio p̄us posita nec differunt specie essentiali ꝯposita ꝛ diuisa de eodem modo sed specie accidentali solum.

Tertio sciendū q̄ in ppositionib⁹ modalib⁹ dictuȝ subycit᷑: ꝛ modus semp p̄dicat᷑. Cui⁹ rō ē: q̄ sicut se habēt esse ꝛ nō esse in illis de iesse ita modus in modalibus: ȝ in illis de inesse: esse vel nō esse est p̄dicatū formale. g̃ sil'r modus in modalib⁹ est p̄dicatū formale ꝛ nō male. q̄ est illud quo p̄dicatū māle denoīat᷑ inesse subo. Itē illud qd' est determiatio ꝛ se hȝ p modū forme respectu ꝯpōnis dicti nunq̄ȝ subycit᷑ in ppōne modali ȝ semp p̄dicat᷑: eo q̄ determiatio nō hȝ subyci suo determinabili: ȝ modus se hȝ vt forma respectu ꝯpōnis dcī: q̄ ē determiatio ei⁹. ȝ nō sit determiatio ꝯpōnis q̄ ē iter dcm̄ ꝛ modū: igit᷑ i modalib⁹ nunq̄ȝ modus subycit᷑ ȝ semp p̄dicat᷑.

Quarto sciendū q̄ in modalib⁹ dictum est illa oro cui⁹ ꝯpō modificat᷑ siue sit ꝯposita ex actō casu ꝛ v̄bo ifinitiuo cui additur modus noīaliter captus siue sit oro pfecta cui addit᷑ modus aduerbial'r captus ꝛ talis oro aū aduētū modi dr̄ p̄iacēs ppōnis modalis. ꝛ ta dcm̄ ē mā ppōnis: ꝛ modus determinās ꝯpōnē eius se hȝ vt forma p̄tl ꝛ eē modificatū ꝯpōnis resultās ex vnione modi ꝛ ꝯpōnis dicti q̄ faciūt vnū sic determiatio ꝛ determiabile est forma toti⁹ ppōnis modalis. ꝛ p h̄ pȝ qd ppō modalis: ꝛ q̄t modis dr̄: ꝛ qd sit subȝ ꝛ p̄dicatū ei⁹.

Sed contra p̄dicta p̄mo arguit᷑. in ista. sor. currere est possibile. h̄ dcm̄ sor. currere ē illud qd modificat᷑ p illū modū possibile: ꝛ tn̄ nō est ppō modalis ȝ tm̄ ei⁹ subm̄. g̃ ppō modalis nō ē q̄ modificat᷑ aliq̄ istoꝝ sex modoꝝ. ¶ Scdo sic: hec ē modalis hoiem asinū ē ipole: ꝛ tn̄ nō modificat᷑. igit᷑. mior pȝ. q̄ i illa il modus ipole destruit totā ꝯpōnē dicti igr̄ nō determinat vel modificat ipsaȝ. ¶ Tertio si aduerbiū in orone nūq̄ȝ p̄dicat᷑: ȝ modus i modalib⁹ q̄nq̄ȝ ponit᷑ aduerbial'r g̃ modus in ipsis non semp p̄dicat᷑. ¶ Quarto sic: modalis aliq̄n ꝯuertit᷑ igr̄ i ea fit de p̄dicato subȝ ꝛ eȝ. g̃ cū modus q̄nq̄ȝ p̄dicet᷑ p ꝯuersionē mutat᷑ i subȝ: ꝛ sic nō semp p̄dicat᷑. ¶ Quito sic: vniēs semp ē formal'r vnito: ȝ modus vnit᷑ cū dicto mediante copula verbali: igit᷑ modus se hȝ in modalib⁹ vt p̄dicatū māle ꝛ nō vt formale.

Ad argumenta. Ad p̄mū dr̄ q̄ licȝ illud dcm̄ modificet᷑ p̄mo p modū partis ꝛ tanq̄ȝ quo. tn̄ tota ppō modificat᷑ p modū toti⁹ ꝛ tanq̄ȝ qd: ȝ h̄ sibi ꝯueniat p ꝯpōnē dicti q̄ p̄mo modificat᷑: iō tota ppō dr̄ modalis ꝛ nō ipȝ dcm̄ tm̄. ¶ Ad scdm dr̄. q̄ ipole nō destruit p̄mo ꝛ p se illā ꝯpōnē. ȝ ex ꝯn̄ti tm̄ q̄ p se p̄mo negat vnū spālē modū entē a tali ꝯpōne. s. possibilitatē siue potētiaȝ ad eē: q̄ negata destruit᷑ ex ꝯn̄ti ꝯpō. ¶ Ad 3m dr̄ q̄ aduerbiū p se sumptū nō ē p̄dicatū ppōnis: ȝ aduerbiū ꝯiūctū cū v̄bo sic̄ deteriatio suo determinabili pōt eē p̄dicatū formale ppōnis. ꝛ sic est de mō aduerbial'r posito i ppōne modali: q̄ deteriat formal'r v̄bū gr̄s ꝯpōnis. ꝛ ide fit vnū p̄dicatū formale. ¶ Ad 4m dr̄. q̄ ppō modalis nō ꝯuertit᷑ ȝ se totā sic q̄ modus ponat᷑ i subo ȝ solū ꝯuertit᷑ q̄tū ad dcm̄ faciēdo de p̄dicato dcī subȝ ꝛ eȝ. vn̄ modales de possibili ꝛ necio sm dictū eodē mō ꝯuertunt᷑ sicut ille de inesse. ꝛ sil'r ille de ꝯtigēti accepto ppossibili: ȝ in illis de ꝯtingēti ad vtrūlibet fit ꝯuersio in oppositā q̄litatē ꝛ vlis negatiua in eis non ꝯuertit᷑ simpl'r i termis: ȝ pticularis affirmatiua ꝯuertit᷑ simpl'r. Sȝ in illis de ipossibili p̄mo ad ꝯuertēdū illas oȝ videre q̄bus eq̄pollēt de necessario ꝛ ꝯuertere illas de ipossibili sicut ꝯuertunt᷑ sue eq̄pollētes de necessorio: ꝛ in eis vlis affirmatiua nō ꝯuertit᷑ in terminis: ȝ pticularis negatiua nō ꝯuertit᷑ in terminis. ¶ Ad q̄ntū dr̄. q̄ modus nō vnit᷑ cū dicto mediāte v̄bo inq̄ȝtū ē mod⁹: ȝ solū inq̄ȝtū noīaliter significat᷑ in rōne modi nō est in potētia ad copulam ꝯuenientē ȝ est p̄dicatū formale respectu cōpositiōis.

¶ Et sciendū q̄ vnusq̄sq̄ȝ istoꝝ q̄tuor modoꝝ facit q̄tuor ppōnes modales ꝛ cum quattuor sint modi: erūt quater q̄tuor ppōnes: ꝛ sic sūt sedecim ppōnes. Verbi gratia. iste mod⁹ q̄ ē possibile si sumat᷑ sine negatōe facit vnā ppōnē modalē: vt sortez currere est possibile. Si sumat᷑ cū negatione posita ad verbū facit secūdam ppōnē: vt sortez nō currere est pole. Si sumat᷑ cuȝ negatiōe posita ad moduȝ facit tertiaȝ ppōnē: vt sortē currere nō est pole. Si sumat᷑ cū duplici negatiōe: vna posita ad modū ꝛ alia ad verbū facit quartā ppōnē: vt sortem nō currere nō est possibile. Et sic scdȝ vnūquēq̄ȝ istoꝝ quatuor modoꝝ sumunt᷑ q̄tuor ppositiōes. Et sciendū q̄ in modalib⁹ verbū debȝ subijci: modus aūt p̄dicari. Oēs aūt alie ppositiones dicunt᷑ de inesse. i. de simplici iherentia p̄dicati ad subȝ. ꝛ p hoc pȝ diuisio ppōnis q̄ solet fieri. Propositionū alia modalis: alia de inesse. Ille aūt propositiōes q̄ modificant᷑ his modis. s. vero vel falso mō relinq̄nt᷑. q̄ eodem mō sumit᷑ oppositio ꝛ eq̄pollentia in eis sicut in illis de inesse. In his aūt modis q̄ sunt pole: ipossibile ꝯtingēs ꝛ necesse nō sic sumit᷑ oppō ꝛ equipollētia vt postea patebit.

¶ Postq̃ȝ auctor determinauit de ꝓpõne modali q̃tũ ad subaȝ ei⁹. Dic ꝯñr determĩat de suis passionib⁹.s.de equipollẽtijs ⁊ oppositiõe: q2 eqpollẽtie ⁊ oppositiones modaliũ faciliter cognosci nequeũt nisi cognoscat̃ multiplicatio ꝓpõnũ modaliũ:iõ añq̃ȝ de illis passionib⁹ determinet.p⁹ õndit q̃t ꝓpões pñt m̃ltiplicari ꝭȝ q̃nelibȝ moȝ.

Primo sciẽdũ q̃ in ꝓpõne modali duplex est ꝯpõ. Prima ẽ ꝯpõ pñi dicti iter se. Scḋa est ꝯpõ modi cũ dicto q̃ ẽ pncipalis ĩ ipsa. ⁊ q2 q̃litas ꝓpõnis siue affirmatio ⁊ negatio attendunt̃ ex pte cõpõnis:iõ ꝓpositio modalis pñt dupl'r dici affirmatiua ⁊ negatiua.s. ex pte modi ⁊ ex pte dicti.illa autẽ in q̃ negat̃ modus est simpl'r negatiua modalis:ꝭȝ illa in q̃ soluȝ negat̃ cõpõ dicti nõ est simpl'r negatiua:sed vt dicit Arist. hȝ negatiuã figurã: ⁊ põt dici negatiua de dicto.

Secundo sciendũ q̃ ꝭm istũ modũ possibile p variationẽ affirmatiõis ⁊ negatiõis pñt fieri q̃ttuor ꝓpões modales. Prima est affirmatiua tã de dicto q̃ȝ de mõ. vt possibile est esse. Scḋa est negatiua de vtroq̃ȝ:vt nõ possibile ẽ nõ esse. Tertia est negatiua de dicto solũ:vt possibile ẽ nõ eẽ. Quarta est negatiua solũ de mõ:vt nõ possibile ẽ eẽ. Et sil'r pñt fieri q̃ttuor ꝭȝ q̃nelibȝ alioꝝ modoꝝ:⁊ sic in toto pñt multiplicari in sexdecim ꝓpões modales ꝭm q̃ttuor modos. Uñ pdicte q̃ttuor ꝓpões p q̃ttuor vocales significãt̃. p a. significat̃ affirmatiua tã d' dicto q̃ȝ de mõ:p v. negatiua de vtroq̃ȝ. p e. negatiua de dicto solũ. p i. negatiua de mõ solũ. Iuxta illos versus:E dictũ negat̃ Iq̃ȝ modũ. A nil ꝭȝ v totũ. vel illos versus:Destruit v totũ ꝭȝ a affirmat vtrũq̃ȝ:Destruit e dictũ destruit i quoq̃ȝ modũ. Ex quibus pȝ quomodo sumitur ⁊ variatur qualitas in modalibus.

Sed ad videndũ de q̃titate ipsaꝝ est tertio sciẽdũ q̃ in modalibus tripl'r attẽdit̃ q̃titas:pmo ex pte dicti q̃d est subm totius ꝓpõnis. Scḋo ex pte subti dicti. Tertio ex pte modi. Uñ ex pte dicti oẽs sunt singulares:q2 in ipsis dcm̃ singul'r accipit̃ p vno solo dicto ĩ defectu vni⁹ vocis iposite ad significãdũ ipm:ꝭȝ ex pte subti dicti pñt dici vl'es pticulares idefinite ⁊ singulares ꝭȝ q̃ tale subm d'r̃ter tenet̃ vl'iter pticulariter indefinite aut singul'r.ꝭȝ ex parte modi alique sunt vl'es: sic sunt ille de necessario ⁊ ipossibili.alie pticulares sic sunt ille de ꝯtingenti ⁊ possibili:⁊ nulle sunt idefinite aut singulares.


Quarto sciẽdũ q̃ q̃titas modalis sumpta ex parte modi nõ ẽ q̃titas suppositoꝝ:ꝭȝ temporuȝ q̃ ẽ mẽsura acceptiõis copule respectu tpis ꝭm ampliationẽ modi sic̃ q̃titas suppositoꝝ ẽ mẽsura acceptiõis subti respectu suoꝝ suppositoꝝ. vñ modales de necessario ⁊ ipossibili dicunt̃ vl'es:eo q̃ neceũ ampliat ad oẽ tps affirmatiue sic̃ ois distribuit vl'r ⁊ affirmatiue: ⁊ ipossibile ampliat ad oẽ tps negatiue sic̃ nl'ls distribuit vl'r ⁊ negatiue. Sȝ ille de possibili ⁊ ꝯtigẽti sũt pticulares. q2 vtrũq̃ȝ ampliat pticul'r ⁊ affirmatiue:q2 solũ ampliãt ad pñs ⁊ futurũ ⁊ ie hñt sic̃ illõ signũ q̃dã. vñ v'sus. Oẽ neceũ ipossibile ẽ q̃si nl'ls: Possibile ẽ q̃dã: q̃dã nõ possibile nõ. ⁊ p h' pȝ de multiplicatiõe:q̃litate ⁊ q̃titate ꝓpõnũ modaliũ.

Sed contra pdicta pmo argñt̃:ꝭm hũc modũ possibile pñt fieri infinite ꝓpões modales:igit̃ male d'ctũ ẽ q̃ ꝭm ipm solũ sunt q̃ttuor ꝓpões modales. ¶ Scḋo sic.oẽs ꝓpões de eodẽ modo sunt eadẽ ꝓpõ in spẽ:eo q̃ modales spẽ distinguuntur ex pte modi q̃ ẽ forma ꝓpõnis modalis:igit̃ nl'ls modus facit q̃ttuor ꝓpões modales in spẽ. ¶ Tertio sic:ista sortẽ currere nõ ẽ possibile. ⁊ sil'r alie vbi possibile negat̃ nõ ẽ de possibili:ꝭȝ de ipossibili vel neceo:igit̃ male d'r q̃ possibile facit vnã negatiuã ꝓpõnem modalẽ ex pte modi. ¶ Quarto sic:cuiuslibet rei est tñ vna forma: ꝭȝ q̃litas ẽ forma ꝓpõnis:igit̃ vni⁹ ꝓpõnis modalis est vna q̃litas: ⁊ sic in istis nõ põt accipi duplex qualitas. ¶ Quinto sic: modus in modalibus se hȝ p modũ forme:sed q̃titas rei se tenet ex parte mãe ⁊ nõ ex parte forme: igitur in ipsis non sumitur q̃titas ex parte modi.

Ad argumenta.

Ad p̃m d'r̃ q̃ ꝭȝ q̃nelibet moȝ pñt fieri ifinite ꝓpões in numero nõ tñ pñt fieri plusq̃ȝ q̃ttuor ĩ spẽ: ⁊ soluȝ de tali multiplicatiõe ꝭȝ spẽȝ ẽ h' ad ꝓpositũ. ¶ Ad scḋm dicit̃: q̃ lȝ oẽs modales de eodẽ mõ affirmato sint eadẽ ꝓpõ in spẽ cẽntiali ⁊ ex pte modi:tñ hñ variant̃ spẽ accñtali ex pte affirmatiõis vel negatiõis dci. ¶ Ad tertiũ dicitur: q̃ lȝ ꝓpõ ĩ q̃ negat̃ possibile q̃tũ ad significatũ ei⁹ sit de ipossibili vel de neceo:tñ est formal'r de possibili q̃d ibi ponit̃ ꝭȝ vocẽ. ¶ Ad q̃rtũ dicit̃. q̃ lȝ vnius modalis sit tñ vna q̃litas pncipalis:tñ pñt eẽ plures subordinate ad seiuicẽ quaꝝ vna ẽ minus pncipalis ⁊ subordinat̃ alteri sic̃ ꝯpõ dicti respectu ꝯpõnis modi cũ dicto. ¶ Ad q̃ntum d'r̃. q̃ q̃titas suppositoꝝ sumit̃ ex pte subiecti ⁊ materie ꝓpõnis. tñ q̃titas temporũ hñ sumit̃ ex pte forme iõ põt sumi ex pte modi ampliãtis ꝯpõnẽ vltra tempus eius.

¶ Uarum aũt ꝓpõnuȝ equipollentie siue cõsequentie q̃ttuor regulis cognoscunt̃. ¶ Prima regula talis ẽ. Cuicũq̃ȝ dicto affirmato attribuitur possibile eideȝ attribuit̃ cõtigens ⁊ ab eodeȝ remouet̃ ipossibile ⁊ ab eius contradictorio opposito remouet̃ neceẽ. Scḋa regula est. Cuicũq̃ȝ dicto negato attribuitur poẽ:eidem attribuit̃ ꝯtigens: ⁊ ab eodẽ remouetur ipoẽ ⁊ ab eius cõtradictorio opposito remouetur necesse. Tertia regula est. A quocunq̃ȝ dicto affirmato remouet̃ possibile: ab eodem remouetur cõtingens: ⁊ eidem attribuitur ipossibile: ⁊ eius cõtradictorio opposito attribuit̃ necesse. Quarta regula est. A quocũq̃ȝ dicto negato remouetur possibile: ab eodeȝ remouet̃ contingẽs: ⁊ eideȝ attribuitur ĩpoẽ: ⁊ eius cõtradictorio opposito attribuit̃ necesse. Q̃d pȝ in ordinatione istius figure ⁊c̃.



¶ Oēs aūt ille ꝓpōnes q̄ sunt in p̄ma linea eq̄pollēt sibi inuicē ꝑ p̄mā regulā ⁊ ꝯuertunt īter se. Que aūt in scd̄a linea eq̄pollēt ꝑ scd̄am regulā ⁊ silr̄ ꝯuertunt. Et que in tertia ꝑ tertiā: ⁊ q̄ in q̄rta ꝑ quartā. Ad cui⁹ expōnē dant qui dā vsus. Oē necesse valet: valet īpossibile nulli. Possibile quidā: quidā nō possibile nō.

¶ Postq̄ӡ auctor ostēdit multiplicatiōeӡ ꝓpōnū modaliū ad cog̃scēdū eaꝝ eq̄pollētias. Hic ꝯn̄r determinat de eq̄pollētijs earū q̄rū cognitio valӡ ad cog̃scēdū ꝯn̄tias ꝓpōnū modalium q̄ itet eq̄pollētes sp̄ vna ꝓpō seq̄t ad aliā ⁊ ecōuerso: eo q̄ sūt eq̄pollētes siue equalētes ī vitate ⁊ falsitate.

Ubi primo sciendū q̄ hic magis determinat in sp̄āli de eq̄pollentijs modaliū q̄ de ꝯuersionib⁹ earū: eo q̄ modales eodē mō ꝯuertunt sic ut ille de inesse: ⁊ solū q̄ntum ad dictū: sed equipollentio nō cōuenit ipsis eodē modo sicut illis de īesse. q̄ in ipsis variatur equipollentia ⁊ etiā sumit ex parte modi amplianti compōneӡ ⁊ non ex parte subiecti ꝓpōnis sicut in illis de inesse. ⁊ etiā cōuenit ipsis in q̄ntum sunt modales. iō opoꝛtuit sp̄āliter determinare de equipollētia earū.

Secundo sciēdū q̄ p̄dicte eq̄pollētie q̄ttuoꝛ regulis cog̃scūt. Prima ē: cuicūq̄ӡ dicto affirmato attribuit possibile eidē attribuit ꝯtingēs ⁊ ab eodē remouet īpossibile: ⁊ ab ei⁹ ꝯdictorio opposito remouet necesse. Cui⁹ rō ē q̄ possibile ⁊ ꝯtingēs ꝯuertunt. igit cuicūq̄ӡ attribuit possibile ⁊ ꝯtingens: ⁊ possibile ⁊ ipōle ꝯdicūt. iō cuicūq̄ӡ attribuit possibile ab eodē remouet īpossibile: q̄ vnū ꝯdictorioꝝ remouet reliquū. ⁊ si aliq̄d dictū sit possibile pōt aliq̄n verificari ⁊ suū ꝯdictoriū pōt eē falsuӡ. nō sī alicui dicto attribuit possibile ab eodē remouet ipōle ⁊ ab ei⁹ ꝯdictorio remouet neӗe. Scd̄a regula: cuicūq̄ӡ dcō negato attribuit possibile eidē attribuit ꝯtigēs ⁊ ab eo remouet ipōle ⁊ a suo ꝯdictorio opposito remouetur necesse. Tertia regula ē: a q̄cunq̄ӡ dicto affirmato remouet possibile ab eodē remouet ꝯtigēs: ⁊ eidē attribuitur ipōle ⁊ suo ꝯdictorio attribuit necesse. Quarta regula ē: a q̄cunq̄ӡ dicto negato remouet possibile ab eodē remouet ꝯtingēs ⁊ eidē attribuit īpossibile ⁊ suo contradictorio attribuitur necesse: ⁊ iste tres regule possunt eodē modo probari sicut p̄ma.

Tertio sciendū q̄ modus dr̄ attribui dicto q̄n affirmatiue p̄dicat de ipso. ⁊ dr̄ ab eo remoueri q̄n negat de ipso. Duplr̄ tn̄ pōt itelligi modū remoueri a dicto. Uno⁰ q̄ remoueat ab ipo fӡ rē ⁊ vocē: ⁊ sic nō dӡ itelligi ī ꝓposito. q̄ si sic rēoueret nō remaneret ꝓpō modalis. Alio⁰ q̄ remoueat fӡ modū enūciandi ꝑ negatōeӡ ⁊ sic capit h̄ remouet ꝓut tn̄ valӡ sic negat.

Quarto sciēdū q̄ p̄dictaꝝ regulaꝝ exēpla disponūtur ī q̄ttuoꝛ lineis siue ordinibus: ⁊ oēs de p̄mo ordīe eq̄pollēt ꝑ p̄mā regulā ⁊ ꝯsequunt seinuicē ⁊ oēs de scd̄o ꝑ scd̄aӡ. ⁊ sic de alijs: ⁊ oēs illi ordines habentur ꝑ hos vsus. Prim⁹ amabim⁹: edentulīq̄ӡ scd̄s. Terti⁹ iliace purpurea reliquus. Prima dictio. s. amabim⁹ significat p̄mū ordinē: ⁊ q̄ttuoꝛ ei⁹ vocales dāt itelligere quatuoꝛ ꝓpōnes p̄mi ordinis significādo ꝑ p̄mū a. ꝓpōnē de possibili eē affirmatiuā tā de dcō q̄ӡ de mō. ⁊ ꝑ scd̄ӡ a. illā de ꝯtingēti eē affirmatiuā de vtroq̄ӡ: ⁊ i. significat illā de ipoli eē negatiuā de mō: ⁊ v. significat illā de necio eē negatiuā de vtroq̄ӡ ⁊ silr̄ exponerent alie dictiōes ꝑ alijs oꝛdinibus fm̄ significationes suaꝝ vocaliū iuxta sniam illoꝝ versuū in ꝓxima expōne positoꝝ sup̄i⁹. Et ꝑ h̄ patet eq̄pollentie ꝓpositionū modaliū.

Contra predicta arguitur primo sic. in predicamento quantitatis non ponitur diffinitio concreti quantitatis vel denominatiui eius. ergo similiter hic non debz poni seu diffiniri denominatiuum qualitatis. ¶ Secundo sic. omne quod diffinitur debz capi per modum vnius. sed quale hic non capitur per modum vnius: sed pluriu. cum ponatur in plurali numero. ergo male hic diffinitur qualia in plurali numero. ¶ Tertio sic. simile dicitur ab aliqua qualitate non denominatiue. ergo sibi conuenit hec diffinitio: tamen non est quale. sed ad aliquid. ergo ista diffinitio non conuenit soli diffinito. ¶ Quarto sic. nulla bona diffinitio debz dari per disiunctionem. quia disiunctio non significat aliquid determinate: sed significat vnum per disiunctionem ad aliud modo diffinitio debz dicere determinate esse diffiniti. sed ista diffinitio datur per disiunctionem. ergo non est bona. ¶ Quinto sic. omne quale sumitur ab aliqua qualitate: et illa qualitas est nomen denominans: et quale est denominatiuum eius. ergo nullum quale sumitur ab aliqua qualitate non denominatiue.

Ad argumenta. Ad primum dicitur quod licet in quantitate sint duo denominatiua. scilicet quantum et quotuplum vtrumque illorum semper dicitur eodem modo denominatiue a quantitate: sed quale non semper dicitur eodem modo a qualitate: sed quandoque non. Ideo ad ostendendum hanc diuersitatem qualium magis hic oportz determinare de quali quam de concreto quantitatis. ¶ Ad secundum dicitur quod licet quale non sumatur hic per modum vnius in numero sed pluriu tamen sumitur per modum vnius in genere: et hoc sufficit ad hoc quod diffiniatur. tamen hic ponitur in plurali numero ad denotandum pluralitatem qualium: quorum aliqua dicuntur a qualitate denominatiue: et aliqua non. ¶ Ad tertium dicitur quod licet simile dicatur esse ab aliqua qualitate non tamen dicitur formaliter ab aliqua: et hoc modo intelligitur quod quale dicitur a qualitate. ¶ Ad quartum dicitur quod licet nulla diffinitio secundum se tota debeat dari per disiunctionem. quia nihil determinate notificaret. tamen potest dari per disiunctionem quantum ad aliquas partes eius propter diuersitatem aliquarum inferiorum diffiniti: et sic est in ista in qua ponitur determinate illa pars qualia dicuntur que dicuntur ab aliqua qualitate denominatiue. et ponitur disiunctio inter istas partes denominatiue vel non denominatiue propter diuersos modos qualium. ¶ Ad quintum dicitur quod licet omne quale sumatur a qualitate secundum rem: non tamen secundum rem et vocem simul in aliquibus: vt dictum est. Ideo aliqua dicuntur non denominatiue.

¶ Inest contrarietas in qualitate: vt albedo contraria est nigredini: et similiter iustitia iniustitie. Hoc autem non est proprium qualitati: quia non conuenit omni qualitati. Figura enim non habz aliquod contrarium neque medij colores: vt rubedo: blauedo. Et sciendum quod si vnum contrariorum fuerit quale: reliquum erit quale: vt iustitia est qualitas. ergo et iniustitia: et iustum est quale. ergo et iniustum. Item qualitas suscipit magis et minus. dicitur enim iustus magis et minus iustus et albus et grammaticus. Sz hoc non est proprium qualitati: quia quadratum non suscipit magis neque minus: neque circulus: neque quadrangulatio neque circulatio. Item proprium est qualitati secundum eam simile vel dissimile dici: vt albus albo similis dicitur: et iustus iusto. albus autem dissimilis nigro dicitur: et sic de consimilibus.

¶ Postquam auctor determinauit de qualitate et qualitate quantum ad suum esse essentiale. hic consequenter assignat tres proprietates eius. In quarum prima dicit quod in qualitatibus reperitur contrarietas. Cuius ratio est: quia omnes forme repugnantes que se mutuo expellunt ab eodem subiecto inter se contrariantur. sed alique qualitates inter se repugnant respectu subiecti vnius a quo mutuo se expellunt sicut virtus et vitium repugnant adinuicem respectu eiusdem subiecti: et iustitia et iniustitia: et multe alie de prima specie qualitatis: et multe qualitates de tertia specie qualitatis: vt calidum et frigidum et humidum et siccum. et qualitates secunde que causantur ab istis qualitatibus primis: vt graue et leue album et nigrum: et sic de multis alijs qualitatibus. ergo contrarietas inest qualitati.

Primo sciendum quod contrarietas qualitatum dupliciter sumitur. Uno modo communiter pro repugnantia quarumcumque qualitatum que se expellunt ab eodem subiecto propter repugnantiam quam habent adinuicem: et sic reperitur contrarietas in qualitatibus prime speciei et etiam tertie. Alio modo sumitur proprie pro repugnantia qualitatum passiuarum et actiuarum: que per actionem physicam et propriam se expellunt ab eodem subiecto: sicut calidum et frigidum ab eodem corpore: et hoc modo solum reperitur contrarietas inter qualitates tertie speciei. ille enim sole proprie sunt actiue et passiue. Sed hic primo modo sumitur contrarietas: et non conuenit qualitatibus secunde speciei: quia contraria successiue sunt in eodem subiecto: quod non conuenit naturali potentie vel impotentie: quia si subiectum sit naturaliter potens ad vnam operationem non potest esse naturaliter impotens ad ipsam. Similiter etiam multe qualitates quarte speciei non contrariantur: sicut triangulus et quadrangulus: et sic de multis alijs. et per hoc patet quod habere contrarium non conuenit omni qualitati: nec etiam soli: cum conueniat actioni et passioni: et sic non est sibi proprium aliquo modo proprio: sed est quedam communitas in qua conueniunt plures species qualitatis.

Secundo sciendum quod si vnum contrariorum fuerit quale reliquum erit quale. Cuius ratio est: quia contraria sub eodem genere posita sunt: sed quale est vnum genus. ergo si vnum contrariorum fuerit quale et de genere qualitatis reliquum erit quale et in genere qualitatis vt si iustum sit quale: iniustum erit quale. et licet contraria secundum suas formas specificas habeant repugnantiam et non conueniant in vna forma specifica: tamen non habent repugnantiam secundum formam sui generis. sed semper illa in genere conueniunt. ratione cuius semper requirunt idem subiectum quod est proportionatum forme sui generis. Ideo si vnum contrariorum fuerit quale reliquum erit quale. et si vnum fuerit qualitas reliquum erit qualitas: et sicut due species sub eodem genere.

Tertio sciendum quod secunda proprietas qualitatis est quod qualitas suscipit magis et minus. et ratio est quia alique qualitates secundum suum esse proprium intenduntur et remittuntur et magis et minus participantur secundum suum proprium esse: quod habent in subiecto vt qualitates prime speciei intenduntur et remittuntur secundum maiorem et minorem radicationem in subiecto: vt virtus et scientia et multe alie: et qualitates de tertia specie intenduntur et remittuntur secundum permixtionem contrarij cum contrario vt calidum dicitur magis vel minus calidum secundum quod magis et minus miscetur cum frigido: et alique qualitates quarte speciei intenduntur et remittuntur licet pauce intendantur et remittantur. sicut rectum non potest esse magis aut minus sed curuum potest suscipere magis et minus: et sic suscipere magis et minus non conuenit omni qualitati: nec etiam soli vt dictum est de precedenti communitate: et non est hic intelligendum quod qualitas secundum suam essentiam et in abstracto suscipiat magis et minus: sed secundum esse quod habz in subiecto et in concreto.

Quarto sciendum quod tertia proprietas qualitatis est. Proprium est qualitati secundum eam simile vel dissimile dici. Cuius ratio est: quia similitudo est rerum omnium eadem qualitas: sed non in numero. quia idem accidens in numero non potest esse in diuersis subiectis: nec sufficit quod sit eadem qualitas in genere. quia si sic album et nigrum essent similia. sed requiritur quod sit eadem qualitas in specie specialissima. Et dissimilitudo est rerum differentium diuersa qualitas in specie: sicut album et nigrum dicuntur dissimilia. ergo simile et dissimile dicuntur secundum qualitatem capiendo secundum vt dicit circumstantiam cause efficientis et non formalis. et hoc conuenit omni qualitati et soli et semper vt patz inductiue. per exempla etiam probari posset. ergo ista proprietas est sibi propria quarto modo.

Sed contra predicta arguitur primo sic. omnia contraria sub eodem genere ponuntur: sz qualitas non ponitur

tur sub aliquo genere cũ sit gen⁹ generalissimũ. ꝗ q̃litas nõ hꝫ ꝯ̃rium. ℂ Scḋo sic mediũ ꝯ̃riorum vtriꝗ ꝯ̃riaĩ cũ possit fieri mot⁹ ab illo ad vtrũqꝫ extremoꝝ: vt de rubeo ad albũ ⁊ ad nigrũ. ꝗ male dr̃ in textu ꝙ nullus medius color hꝫ ꝯ̃rium. ℂ Tertio sic. ꝯ̃ria iter se maxime abinuicem distãt. ergo nõ ꝯueniunt genere. ꝗ si vnũ ꝯ̃rioꝝ fuerit quale. aliud non põt esse quale. ℂ Quarto sic. vna albedo nõ est magis albedo q̃ alia: nec nigredo ẽ magis q̃litas q̃ albedo: ⁊ sic de oib⁹ alys q̃litatib⁹. ꝗ nulla q̃litas suscipit magis ⁊ minus. ℂ Quinto sic. spẽs est tota similitudo suoꝝ indiuiduoꝝ. ergo idiuidua eiusdẽ spẽi substãtie dicunt̃ similia ꝑ formã sue spẽi. ergo nõ ꝯuenit soli qualitati ſm eam simile vel dissimile dici.

Ad argumenta.

Ad ṗmum dr̃ ꝙ licꝫ qualitas accepta in cõmuni ⁊ in genere nõ ponat̃ sub aliquo genere: neqꝫ illo mõ habeat ꝯ̃riuꝫ: tñ est in suis spẽbus: quarũ aliquẽ iter se ꝯ̃riant̃: bene hꝫ cõtrariũ: ⁊ ponitur sub genere. ℂ Ad scḋm dr̃. ꝙ si mediũ ꝯ̃riorum cõsideretur: vt mediũ: sic nõ hꝫ ꝯ̃riũ. qꝛ nõ maxime distat ab extremis: sed si ꝯsideret̃ inquantũ est ṗncipatiuũ vtriusqꝫ extremoꝝ: sic ꝯ̃riatur vtriusqꝫ extremoꝝ. licet cõtrarietate impfecta: vt rubeũ iquãtũ vnũ hꝫ aliqd de nigro ꝯtrariatur albo: ⁊ inquãtũ hꝫ aliqd de albo ꝯ̃riatur nigro: sed ṗmo modo intelligit̃ hic ꝙ media nõ contrariant̃ extremis. ℂ Ad tertiũ dr̃ ꝙ lꝫ cõtraria maxime distẽt sub eodẽ genere: non tamẽ maxime distant simplr̃. Ideo si vnum est quale aliud põt bene esse quale. ℂ Ad quartuꝫ dr̃. ꝙ licet albedo ⁊ alie qualitates in abstracto nõ suscipiãt magis ⁊ min⁹: tñ bene suscipiunt in cõcreto: vt albũ dr̃ magis ⁊ minus albũ. ℂ Ad qntum dr̃. ꝙ licet spẽs sit similitudo eẽntialis suoꝝ idiuiduoꝝ: que ꝓprie nõ est similitudo: sꝫ magis ꝓprie dr̃ idẽtitas. tñ nõ est similitudo accñtalis: q̃ ꝓprie est similitudo: de q̃ hic itelligitur. ideo idiuidua sube non dicunt̃ ꝑ suã spẽm silia similitudine accidẽtali: sed hoc solum ꝯuenit qualitatibus.

Actio est ſm quaꝫ in id qḋ subijcitur agere dicimur: vt secans dicit̃ aliqd: eo ꝙ qd secat. vnde sectio est actio: ⁊ ſm sectionẽ agit secans in eo ꝙ secat: ⁊ percussio est actio. Propriũ aũt actioni est ex se iferre passionẽ. Recipiũt autem agere ⁊ pati cõtrarietatẽ. Calefacere. n. est cõtrariũ ei qḋ est frigidũ facere: ⁊ calidũ fieri contrarium frigidum fieri: ⁊ delectari cõtrariũ tristari. Item recipit magis ⁊ min⁹. Calefacere. n. magis ⁊ minus qḋ est agere ⁊ calefieri similr̃ qḋ est pati dicitur. ⁊ similr̃ delectari ⁊ tristari.

ℂ Postq̃ auctor determinauit de q̃tuor ṗdicamẽtis ṗncipalibus in qbus reperiũtur quatuor simplices modi ṗdicandi. s. de suba: q̃titate: ad aliqd: ⁊ qualitate. Hic ꝯñr determinat de alys ṗdicamẽtis minus ṗncipalib⁹: quorum modi ṗdicandi fundant̃ in modis predicãdi ṗcedentiũ. ⁊ qꝛ actio imediate causat̃ a qualitate. qꝛ ṗcedit a suba mediante nãli potẽtia: ⁊ passio imediate causat̃ ab actiõe. iõ ꝯueniẽter auctor post qualitatẽ ⁊ ante passionẽ determinat de actiõe ipsam ṗ sic diffiniẽs. Actio est ſm quaꝫ in id qḋ subycit̃ agere dicimur: vt ſm sectionẽ dicimur secare.

Primo sciendũ ꝙ in hac diffõne loco generis diffiniti subintelligitur forma accidẽtalis: ⁊ aliquo modo datur itelligi per hoc relatiuũ quã. ⁊ totum residuũ ponitur ad differentiã aliarũ alioꝝ ṗdicamẽtorum. ⁊ dicitur ſm quã agere dicimur: ita ꝙ ſm dicit circũstantiam cause formalis: ⁊ nõ cause efficiẽtis. qꝛ ſm q̃litatem vel formã sũbalem bene dicimur agere effectiue: ⁊ dꝫ intelligi dicimur. s. nos sube: ⁊ nõ solũ nos hoies in specie dicimur agere: ⁊ licet actio ⁊ agere realiter idem sint: sicut qualitas ⁊ quale. tñ differũt sicut abstractum ⁊ cõcretuꝫ. iõ actio diffinit̃ per agere tanq̃ ꝑ suũ effectũ nobis notiorem ipsa actione. vltimo ponit̃ in id qḋ subycit̃. i. in ipsuꝫ patiẽs. actio. n. agẽtis semꝑ fit in patiẽs dispositum.

Secundo sciendum ꝙ actio dupl̃r accipitur. Uno modo specialiter vt distinguitur cõtra factionem a qua differt hoc modo. qꝛ actio iportat actionẽ que nõ transit in reꝫ operatã: sicut est equitare: nauigare: intelligere: sed factio nominat operationem que trãsit in rem operatã: vbi. s. preter operationem est res operata: vt sunt domificatio: frenefactio ⁊c̃. Alio modo accipit̃ actio generalr̃: vt se extẽdit ad actionem ⁊ factionem ꝓprie captam. ⁊ isto modo sumitur in hac diffinitione.

Tertio sciẽdũ ꝙ ꝓprie ꝓpriũ est actioni ex se iferre passionẽ. Et ratio est. qꝛ actio est ꝓcessus virtutis agẽtis per effectũ ab agẽte in patiẽs: vt calefactio q̃ fit ab agente est ꝓcessus caloris ignis per suuꝫ effectũ in id qḋ calefit. Passio võ est receptio forme procedẽtis ab agente in patiẽs: vt receptio caloris in id quod calefit vocatur passio. Sed talis receptio causat̃ a fluxu forme ab agente: ergo conuenit actioni ex se inferre passioneꝫ. ⁊ qꝛ hoc ꝯuenit omni actiõi ⁊ soli ⁊ semꝑ. ideo dicit̃ sibi ꝓprie ꝓpriuꝫ. lꝫ qualitas aliqua inferat passionẽ: hoc tamẽ nõ est ex seipsa immediate: sed mediante actione.

Quarto sciendũ ꝙ ipsius actionis ⁊ etiaꝫ passionis sunt due cõmunitates: quarum ṗma est ꝙ actio ⁊ passio recipiũt ꝯ̃rietatẽ. ratio est: qꝛ aliquẽ actiões imediate causant̃ a qualitatib⁹ ꝯ̃rys: ⁊ etiã imediate causant qualitates ꝯ̃rias. vt calefacere ⁊ frigefacere imediate causant̃ a calore ⁊ frigore: ⁊ immediate causant caliditatem: ⁊ frigiditatẽ. ergo aliquẽ actiones inter se contrariant̃. Et eadẽ rõne aliquẽ passiones: vt calefieri ⁊ frigefieri. Alia cõitas est ꝙ actio ⁊ passio suscipiũt magis ⁊ minus. Ratio est: qꝛ aliquẽ actiones ⁊ passiones causant̃ a qualitatibus: que in agẽdo qñqꝫ intendunt̃ ⁊ remittunt̃. ideo actiones que fiunt ex ipsis ⁊ etiã passiones intendũtur ⁊ remittunt̃: vt calefacere intendit̃ per intensionẽ caloris calefaciẽtis. Et dicunt̃ bene iste due cõmunitates: qꝛ nulla illarũ ꝯuenit omni actioni vel passioni. nec etiaꝫ soli: cum cõueniat ṗmo aliqb⁹ qualitatib⁹: sed in istis cõmunitatib⁹ ꝯueniũt multe species actionis ⁊ passionis.

Contra predicta argui ṗmo sic: ſm securim dicimur agere in id qḋ secatur: ⁊ tñ securis non est actio: ergo ista diffinitio conuenit alys a diffinito. ℂ Secũdo sic: creatio est actio. ⁊ tñ non fit in id qḋ subycit̃. qꝛ in creatione nihil ṗsupponit̃ tanq̃ subiectũ: sed res ſm se tota simul ꝓducit̃: ergo male dicitur ꝙ actio fit in id quod subycitur. ℂ Tertio sic: omne principium precedit principiatuꝫ. sed actio non precedit passionem: cum simul fiant actio ⁊ passio: vt calefacere ⁊ calefieri. ergo non conuenit actioni ex se inferre passionẽ. ℂ Quarto sic: cõtraria sunt forme actiue ⁊ passiue inter se. sed due actiones nunq̃ sunt actiue: quia si sic mediante actione agerent: ⁊ sic actioni cõueniret alia actio: ⁊ sic eẽt processus in infinitum: quod est incõueniens: ergo actio non habet contrariũ. ℂ Quinto sic: nulla forma simplex suscipit magis ⁊ minus cum forma sit compositiã in contingens simplici ⁊ iuariabili eẽntia cõsistens. Illud enim quod est iuariabile nõ intenditur nec remittitur: sed oĩs actio ⁊ etiam passio est forma simplex. ergo actio ⁊ passio non suscipiunt magis ⁊ minus.

Ad argumenta.

Ad ṗmũ dicit̃: ꝙ lꝫ ſm securim dicamur agere effectiue

τ īstrumētaliter: non tamen formalr̄ sicut de actione intelligitur. ¶ Ad scd̄m dr̄: ꝙ licet creatio sit actio ſm modum: non tamē est actio ſm rem: que sit de predicamēto actionis: eo ꝙ ipsa nō est accidens a creatura distinctū. nec est ens limitatū ad aliqđ certum genus: sicut neqꝫ p̄ma causa: τ hoc itelligendo de creatiōe actiua. q2 creatio passiua est accidēs creature: τ in genere relatiōis. ¶ Ad tertium dicitur. ꝙ lꝫ actio sit simul tēpore cum passione: tamen ſm naturā actio p̄cedit passionem. q2 causa ſm naturam precedit effectū. ¶ Ad quartū dicitur. ꝙ licet contraria: que p̄mo τ per se cōtrariantur sint forme actiue τ passiue: vt sunt qualitates ꝯtrarie: tamen non oportet de his que solum ex cōsequenti contrariantur τ per aliud. τ hoc modo solū actiones contrariantur. s. per qualitates quas iferunt: vel a qbus inferuntur. ¶ Ad qntum dicit ꝙ licet oīs forma sit inuariabilis ſm suam essentiā: τ in abstracto: τ sic nō suscipit magis τ min⁹: tn̄ aliqua est variabilis ſm esse in subo: vt designatur in ꝯcreto: τ hoc modo actio τ passio suscipiunt magis τ minus.

Passio est effectus illatioqꝫ actiōis: vt calefieri efficitur τ infertur ex calefacere. Proprium aūt passionis est primo iferri ex actione. Item passio non est in agente, sed in patiente. De reliquis vero que dicta sunt modo sufficiant. Que sequuntur de alijs quattuor predicamentis non sunt dicta a Petro hispano.

¶ Postqꝫ auctor determinauit de actione que est causa passionis. Hic ꝯsequēter determinat de passione que est effectus propinquus actionis. ipsam p̄mo sic diffiniens. Passio est effectus illatioqꝫ actionis: vt calefieri efficitur τ iferitur a calefacere. In qua diffinitione ponitur effect⁹ loco generis. effectus. n. cōuenit generalr̄ omnibus entibus creatis: que patiuntur in predicamēto. Deinde ponitur illatio ad differentiam effectus permanentis: qui solum nō habet esse in fieri: sicut ipsa passio, sed etiam in facto esse. Deinde ponitur actionis ad differentiam ipsius actionis: que licet sit effectus τ illatio respectu qualitatis a qua causatur: non tamen respectu actionis.

Primo sciendū ꝙ in cōmuni duplex est effectus: quidam est effectus permanens qui nō solum habet esse in fieri: sed etiam in facto esse: vt sunt domus τ scamnū. Alius est effectus successiuus qui solum habet esse in fieri: τ nunqꝫ in facto esse: vt eqtatio vel nauigatio. Effectus autē generaliter dicitur tam de effectu permanēte qꝫ successiuo. Illatio vero solū dicitur de effectu successiuo qui solū habet esse in fieri: τ in quadā illatione ſm ꝙ ifertur ab alio. τ ideo effectus est quoddā superius ad illationē. Ratione cuius in hac diffinitiōe effectus bene p̄poniť illationi tanqꝫ superius eius: τ subiungitur illatio tanqꝫ inferius eius cōtrahens ipsum.

Secundo sciendum ꝙ passio pluribus modis accipitur. Uno modo accipitur pro accidente proprio alicuius subiecti: vt risibile dicitur ꝓpria passio hominis. τ hinnibile equi. Secūdo modo accipitur ꝓ conceptu anime vel effectu: vt dicitur: ꝙ voces sunt note vel signa passionū que sunt in anima. i. conceptuū vel affectuum anime. Tertio modo accipitur pro motu appetitus sensitiui: vt sunt passiones ire vel timoris vel gaudij: vt diciť tertio ethicorum ꝙ fortitudo moderatur passiones timoris τ audacie. Quarto modo accipitur ꝓ dolore vel pena q̄ alicui violēter iferť: vt fuit passio christi. Quinto modo sumitur pro qualitate sensibili: que habꝫ esse imperfectū: τ est iferens passionē sensibus: vel illata ab aliqua naturali passione: τ sic est vna sp̄es qualitatis. Sexto mō sumitur ꝓut est immediatus effectus actionis: vt est susceptio forme ab agēte in patiēs. τ hoc vltimo mō diffinitur hic passio: τ est vnū p̄dicamētū ab alijs distinctū.

Tertio sciendū ꝙ ipsius passionis hic assignantur due ꝓprietates. Quarum p̄ma est ꝙ ꝓpriū est passioni iferri ex actione. Ratio est. q2 passio est susceptio forme ab agēte in patiens: τ talis susceptio imediate infertur per actionē agentis: τ hoc est proprie proprium ipsi passioni. Secunda proprietas est: ꝙ passio non est in agente subiectiue: sed in patiente. Cuius rō est: quia susceptio forme que fit per actione agentis causatur in patiente qđ subijcitur actioni. ergo passio que noīat talem susceptionem est in patiēte subiectiue: τ q2 accn̄s habet predicari denominatiue de subiecto in quo est. iō passio predicatur de patiente in hoc qđ est aliquo modo se habere ad ipm agens. q2 denominat ipm pati: τ non denoīat ipsum agens pati: quare nō est in eo subiectiue.

Quarto sciendū ꝙ passio de qua est ad ꝓpositū dupliciter accipitur. Uno mō mālr̄ ꝓ forma fluente ab agente in patiens. Alio modo formalr̄ pro receptione illius forme: vt cū peregrinus calefit ibi est calor fluens ab igne in peregrinum: τ ibi est receptio caloris in peregrino que est passio formaliter accepta. τ vtroqꝫ modo passio est i patiēte vt in subiecto. Et silr̄ actio vno modo accipiť materialiter pro illa forma que fluit ab agēte in patiēs: τ etiā est in patiēte subiectiue. Alio modo capiť formaliter pro tali fluxu forme ab agēte: τ sic est subiectiue in agente τ nō in patiēte. Et ratio est: q2 omne illud in quo est actio formaliter accepta dicitur agere. sed patiēs non diciť agere: ergo in ipso non est actio formaliter accepta. si enim esset in patiēte patiēs diceretur agere: qđ falsū est. τ sic patet qđ sit passio: τ de ꝓprietatib⁹ eius.

Sed ꝯtra predicta arguiť p̄mo sic: nullū p̄mū p̄ncipiū est effect⁹ alterius: sed decē p̄dicamēta sunt decē p̄ncipia p̄ma rerū: ergo passio cum sit vnum p̄dicamētū est vnū p̄mū p̄ncipium: ergo non est effectus. ¶ Scd̄o sic: effect⁹ τ illatio idē sunt: ergo supflue poniť vnū illoꝝ in ista diffinitione. ¶ Tertio sic: eoꝝ que sunt idē realiter vnū nō est causa alteri⁹: sed actio τ passio realiter idē sunt: cū vtrūqꝫ sit forma fluēs ab agēte in patiēs: q̄ est eadē realr̄: ergo passio nō ē effect⁹ actiōis. ¶ Quarto sic: oē ꝓpriū ꝯsequiť esse cōpletū sui subiecti. sed iferri ex actiōe nō ꝯsequiť esse cōpletū passionis: cū sit p̄ductio ei⁹. ergo inferri ex actiōe nō est ꝓpriū passiōis. ¶ Quinto sic: in omni illo qđ patiť est passio subiectiue: sed omne agens physicum in agēdo repatiť: ergo in tali agente est passio subiectiue: τ non solum in patiente.

Ad argumēta. Ad primum dicitur: ꝙ licet passio sit primum principiū in genere cause formalis suorum dicibilium sue coordinationis. τ in tali gn̄e cause nō possit esse effect⁹ alicuius principij prioris. tamen in genere cause efficientis bene potest esse effectus actionis τ substantie. cum enim predicamēta dicantur prima principia rerū que non habent aliqđ ante se solum intelligitur de principijs formalib⁹. ¶ Ad secundum dicitur. ꝙ licet effectus τ illatio dicant idē ſm essentiam: tamen differūt ſm modos essendi: sicut superius τ inferius: τ vnum illorum contrahit aliud. q̄re nullum illorum supfluit. ¶ Ad tertiū diciť. ꝙ lꝫ actio τ passio mālr̄ accepte pro forma fluente ab agente in passum realiter idem sint: tamen si sumanť formalr̄. s. actio pro fluxu forme ab agente: τ passio pro receptione eius in patiēte: sic realiter distinguunť. q2 in diuersis subiectis sunt: τ sic vnum bene potest esse effectus alterius. ¶ Ad quartū diciť. ꝙ lꝫ inferri ex actione non sequať ſm rem

esse completū passionis: sequit tamē ipsum fm rationē τ nostrum modum intelligendi ea modo quo est passio eius: qr nō est passio realiter distincta a suo subiecto: sed ratōe tm̄. ¶ Ad quintū dr̄. ꝙ l3 in agente physico ea parte qua patitur sit passio vt in subiecto: non tamen ea parte qua agit. ideo passio non est in ea vt agens sed vt ipsū3 fm aliud est patiens. vnde tale agens ratione sue forme agit: τ ratione materie sue in qua cōmunicat cum patiente patitur. τ sic fm diuersa agit τ patitur. De reliquis aūt sufficiant que dicta sunt prius.

Quando est quod ex adiacētia temporis in re temporali derelinquit: vt hodie esse τ cras fore. Item duplex est quando. s. simplex τ compositum sicut duplex est tempus. Ite3 tres sunt proprietates quando. Prima est ꝙ quando nō suscipit magis neq3 minus. Secunda est: ꝙ quando nihil est contrarium. Tertia est ꝙ quando est in illo quod incipit esse in tempore.

¶ Postq̄ auctor determinauit de actiōe τ passione. Dicēter est determinādū de quatuor p̄dicamētis vltimis: de quibus aut nullam aut paruā fecit auctor mentionē. Et p̄mo de quando qđ ab auctore sex principioꝝ sic diffinitur. Quādo est ꝙ ex adiacētia temporis relinquit in re temporali. In qua diffinitione datur intelligi accñs p genere diffiniti per illud relatiuum qđ. Deinde ponitur relinquitur ex adiacentia temporis ad explicandū causa3 ꝓpinquā ipsius quādo que est tempus. Quādo. n. est esse in tpe: sed esse in tpe relinqt immediate p adiacentia3 temporis in re tēporali. Et p hoc differt quādo ab omnibus alijs accidentib9: quoꝝ nullū immediate causatur a tempore. Deinde ponit in re temporali ad explicandum ꝓpriū subiectū ipsius qñ. τ in hac diffinitiōe capitur tempus non solum pro mēsura durationis reꝝ temporaliu3: sed generalr̄ p omni mensura durationis esse rei: vt sub se ꝯtinet eternitatem euiternitatē τ tps proprie dcm̄.

Primo sciendū ꝙ tempus τ quādo l3 inter se multum conueniāt in hoc ꝙ vtrūq3 est successiuum: τ vnum immediate est causa alterius: tamē abinuicem realiter distinguūtur: qr omnis causa efficiens extrinseca realiter distinguitur a suo effectu. tempus autē est causa efficiens extrinseca respectu q̄do. ergo ab ipso realiter distinguit. Uñ differūt inter se in duob9. Primo qr tps est in motu p̄mi mobilis vt in subiecto. Qñ vo est subiectiue in re tēporali q̄ per tps mēsuratur. Scdo differunt: qr tempus est accñs absolutū τ mēsurat durationē rei. Sed quādo nō est mēsura duratōis: sed est accidens respectiuū quod relinquit in re temporali per respectu3 ad mēsuram siue durationis que est tempus: non est tñ respectiuū fm esse: sed fm dici: qr totum esse eius nō est ad aliud cum quo ꝓprie dicatur ad conuertentiam.

Secundo sciendum ꝙ quando tripliciter accipit. Uno mō interrogatiue vt si dicat querendo quādo venit petrus. Alio modo relatiue: vt dicendo sortes venit quando fuit meridies. τ his duobus modis quādo est sincathegorema: qr proprie non significat ens: sed est modus entis. ideo istis duobus modis nō ponitur in predicamento nec est predicamentum. Tertio modo capitur indefinite vt tantum valet sicut aliquando vel eē in aliquo tempore. τ hoc modo dicit ens reale: τ sic capitur hic. τ est vnum predicamentum. cuius genera subalterna sunt esse fuisse τ fore in tempore. τ species specialissime sunt fuisse in hora vel esse in die: vel esse in nūc. τ indiuidua sunt esse in ista hora vel in illa die vel in illo nunc. Et eius modus predicandi est predicari de prima substātia in hoc quod est in tempore.

Tertio sciendū ꝙ quādo diuiditur per quando simplex. τ quādo cōpositum. Qñ simplex est qđ causatur a tpe simplici. vt ab instanti: vel a nūc: vel a tpe indiuisibili quo ad nos vt esse nunc. Sed qñ compositū est qđ causatur a tempore composito: vt est fuisse in preterito: fore in futuro: esse in p̄senti. Et l3 iste tres spēs. s. esse in presenti: fuisse in preterito. τ fore in futuro nō conueniāt in re eterna ab eternitate: ea ꝙ in eterno nō est preteritū neq3 futurū: sed omnia sunt simul: τ nihil acquirit de nouo vel deperdit: tamē ipsi eterno p relationē ad tempus: τ quo ad existētiam eius cum tēpore attribuitur esse fuisse τ fore, vt dicendo deus est fuit τ erit: tom ē vt attribuitur eterno nō sunt accñtia realiter distincta ob eo que reponantur in aliquo predicamēto: sed solū est ibi modus predic ādi huius predicamēti. Sed ab euiternitate bene causatur quādo reponibile in isto predicamēto. Et p hoc patet que sint species per quas diuiditur quādo.

Quarto sciendū ꝙ ipsius quando due sunt proprietates. Prima est ꝙ quādo non habet contrariū. Cuius ratio est quia si haberet ꝯtrarium: maxime conueniret p̄terito τ futuro. sed hoc nō pōt dici: quia quādo presens preteritum τ futurum simul verificant de eodem; vt dicendo iste est; fuit: τ erit; contraria vo de eodem nunq̄ simul verificant. Secūda ꝓprietas est: ꝙ quando non suscipit magis τ minus. Cuius ratio est: quia quādo immediate causatur a tempore τ dicit esse in tempore. s3 tempus non suscipit magis τ minus: ergo neq3 quādo. Et per hoc potet quid sit quando: τ quomodo est predicamētum; τ que sint species τ proprietates eius.

Sed cōtra p̄dicta arguit primo sic: iuuētus τ senectus ex adiacētia temporis in re temporali relinquunt: τ tamen senectus non est quando: sed est qualitas de secunda specie qualitatis ergo ista diffinitio qñ cōuenit alijs a diffinito. ¶ Secūdo sic. sicut se habent esse album τ albedo: ita esse in tempore τ tempus: s3 album τ albedo realiter idem sunt: ergo esse in tempore: siue quando τ tempus: idem sunt realiter: ergo quādo nō est predicamentum a tempore distinctu3: sed continetur sub quātitate. ¶ Tertio sic. nullū est tēpus simplex cum tēpus diuisibile sit in plures partes: ergo nullū qñ causatur a tēpore simplici τ sic nullū ē qñ simplex. ¶ Quarto sic. qñ preteritū τ qñ futurū maxime distāt: τ eidē susceptibili vicissi3 insunt: τ ab eodem mutuo se expellūt quia idem nō pot est simul esse preteritum τ futurum: ergo quando habet contrarium. ¶ Quinto sic: fuisse in tempore dicit quando: τ tamen suscipit magis τ minus: quia aliquid dicitur magis vel minus fuisse in tempore, ergo quādo suscipit magis τ minus

Ad argumenta. Ad primū dicit: ꝙ si capiatur senectus vt dicit naturalem impotētiam: que causat per longam trāsmutationē: que fit sub motu τ tpe: τ etiam iuuētus vt dicit naturalem potentiam: hoc modo sunt qualitates de secūda specie qualitatis τ non relinquunt imediate τ per se ex adiacentia tēporis: sed per alterationē que sub tēpore causatur. S3 si capiant vt dicūt diu fuisse in tēpore vel parū: sic aliquo modo important quādo: τ hoc non est significatū principale eoꝝ: τ eo modo quo dicūt quādo relinquunt ex adiacentia temporis in re tēporali. ¶ Ad secūdu3 dicitur. ꝙ l3 albedo τ esse album: τ tēpus τ esse in tempore habeant similitudinem aliquo modo in denoīatione: quia sicut albus dicit ab albedine: ita quādo dicitur a tempore: tamē dissimile est in hoc: qr tps nō dat intrinsece τ formaliter esse in tempore: qr nō semp est in eodem subiecto cū esse

in tpe sicut albedo dat intrinsece ⁊ formaliter esse albū. ¶ Ad 3ᵐ dr̄. q̄ lȝ tempus qd importat esse ⁊ essentiā temporis sit diuisibile: tñ si capiatur generaliter tps pro illo qd dicit essentiā tēporis: sic aliquod tps dr̄ indiuisibile sicut est ipm nunc. ¶ Ad 4ᵐ dr̄. q̄ lȝ in eodeȝ nō sint simul in actu pteritū ⁊ futuȝ: tñ fm denominatōeȝ quando preteritū ⁊ qn̄ futuȝ bene possunt dici de eodē simul. vt prius dictū est. ⁊ q̄ fm actū se expellant ab eodem hoc est ppter successionē ipsoȝ: ⁊ non ppter ꝯtrarietatē vel repugnantiā quā habeāt. ¶ Ad q̄ntū dr̄. q̄ lȝ aliquid dicat magis ⁊ minus fuisse in tempore fm extensionē: nō tñ fm intensionē. ideo qn̄ p hoc nō suscipit magis ⁊ minus.

Ubi est circumscriptio corporis locati a loci circūscriptione procedens: vt in ecclesia eē: in foro esse. Et diuidit ubi: q2 quoddā est vbi simplex: ⁊ ē illud quod a simplici loco procedit: vt est locus punctoruȝ. Et quoddam est vbi compositū: ⁊ est illud quod a loco composito procedit. Proprietates vbi sūt due. Prima est: q̄ vbi nihil est contrarium. Secunda est q̄ vbi non suscipit magis neq3 minus: hoc est q̄ vbi nō suscipit intensionem neq3 remissionem.

¶ Postq̄ auctor determinauit de quādo qd conuenit tā substantijs corporeis q̄ incorporeis. Hic ꝯsēter determinat de vbi: qd ppe conuenit solū substantijs corporeis. Quod a Gilberto porretāo sic diffinit. Ubi est circūscriptio corporis a loci circūscriptione pcedens. In qua diffinitōe ponitur circūscriptio loco generis: q2 ipsa se habȝ p modū generis respectu vbi. Deinde ponit corporis ad explicandū ppriuȝ subiectū ipsius vbi: qd est subiectiue in corpore locato. Et p hoc differt a circūscriptōe actiua loci. Deinde ponitur a circūscriptione loci procedens ad ostendūȝ ppriam causam ⁊ ppinquā ipsius vbi: que est locus circūscribēs locatum. Et p hoc differt vbi ab alijs p̄dicamētis accidētiū: quoȝ nulluȝ causat imediate a loci circūscriptōe: vt possit videri inducēdo in omnibus.

Primo sciendū q̄ triplex est circūscriptio. Quedā est circūscriptio actiua loci: q̄ est actio ipsi⁹ circūscribenti s locatū que ponit in p̄dicamento actiōis. Secūda est circūscriptio siue circūdatio passiua que est passio corporis circūdati: que reponit in p̄dicamēto passionis. ⁊ quelibet istarum duaȝ est ens successiuum: ⁊ nō pmanens. Tertia est circūscription neutralis que est esse circūdatū a loco ipsius locati: seu esse circūscriptū a loco: ⁊ hec circūscriptio est ens pmanēs in locato: ⁊ causatur a circūscriptōe actiua ⁊ passiua. ⁊ de tali circūscriptōe intelligit in diffinitiōe vbi. ⁊ p hoc pȝ q̄ substātie incorporee. ⁊ etiaȝ accn̄tia que non ppie circūscribuntur in loco p se: sed p accn̄s: ppie non habent vbi: sed soluȝ corpora que in loco circumscribuntur habent proprie vbi.

Secundo sciēdū q̄ lȝ locus ⁊ vbi magnā hēant cōuenientiā: q2 locus est causa ppinq̄ ipsi⁹ vbi. Rōne cuius ponit in sua diffinitōe: tñ abinuicē realiter distiguunt: eo q̄ locus est cā efficiēs extrinseca ipsi⁹ vbi: ⁊ talis cā semp realiter distingui a suo effectu. Uñ differūt pmo locus ⁊ vbi ex pte sui subiecti: q2 locus est subiectiue in locāte: vbi vo in corpore locato: vt cū lapis est in aq̄: superficies aque circūdātis lapidē q̄ est locus ei⁹ est subiectiue in aq̄ circūdāte. ⁊ esse circūdatū vel esse locatū: qd ē vbi lapidis ē subiectiue i lapide: q2 de ipso affirmatiue p̄dicat. Differūt secūdo: q2 locus est mensura extrinseca locati. vbi vo est accidēs respectiuū locati qd dicit respectū ad talē mensurā: q2 ppie vbi nō est aliud q̄ esse in loco vel cōmēsurari in loco. Et p hoc habet tertia diffa: q̄ locus est ens absolutū: ⁊ vbi est ens respectiuū.

Tertio sciendū q̄ vbi diuidit p vbi compositū ⁊ vbi simplex. Ubi compositū est esse locatuȝ vel esse mēsuratū loco composito vel circūscriptū. ⁊ sic solū causat a loco composito. Sed vbi simplex est qd causat a loco simplici: ⁊ est locus simplex aliqd indiuisibile loci corrn̄dēs indiuisibili sui locati. Et dr̄ tale vbi p similitudinē ad vbi compositū: q2 sicut totum locatū circūscribitur adequate a loco. ⁊ habet pportionē ad ipsum: sic etiā quodlibet indiuisibile locati habet pportionē ad indiuisibile loci: sicut centrū locati ad cētrum loci: lȝ tñ vnū nō circūdentur ppie ab alio: nec realiter distinguat ab ipso. Ratiōe cuius dicit textus q̄ idē sunt punctus et pūcti locus. ideo vbi simplex nō est ppie vbi: sed per similitudinem solū ad vbi compositū: et q2 vbi compositū causat a loco qui diuidit per locū sursum et deorsum ante et retro dextrū et sinistrū: ideo vbi compositūȝ diuidit p vbi sursūȝ qd est esse sursum: et vbi deorsūȝ. et sic de alijs. Et per hac pȝ que sunt genera subalterna et species vbi.

Quarto sciendū q̄ ipsius vbi due sunt pprietates. Prima est q̄ vbi nō hȝ ꝯtrariūȝ. Cuius rō est. q2 vbi causat imediate a loco q2 est esse circūscriptuȝ a loco. sed locus cū sit q̄titas non habet cōtrariū: ergo eadem rōne. nec vbi: vnde si vbi sursum ⁊ vbi deorsum contraria sint: cum idem dicat sursuȝ ⁊ deorsum respectu diuersoȝ: sequeret q̄ duo contraria simul verificarent de eodeȝ: qd est impossibile. Secūda pprietas est: q̄ vbi nō suscipit magis ⁊ minus. Cuius ratio est: quia vbi est eē in loco: sed esse in loco non intenditur nec remittitur. lȝ possit augmentari per maiorem extēsionem loci ⁊ locati: ergo vbi non suscipit magis ⁊ minus. Et per hoc habet diffinitio vbi: species: ⁊ pprietates eius.

Cōtra predicta arguit pmo sic: circumscriptio est actio cum circūscribere sit agere. sed vbi nō est actio: ḡ non est circūscriptio. ¶ Secundo sic: aīa a corpore separata habȝ vbi: quia est in aliq̄ loco: ⁊ tñ in ea nō est circūscriptio corporis: ergo vbi nō est circūscriptio corporis. ¶ Tertio sic: vbi est sincathegorema: ⁊ soluȝ significat modū entis. ergo hic male diffinit tanq̄ vnuȝ p̄dicamētū: qd dȝ esse ens reale. ¶ Quarto sic. omne vbi est circūscriptio corporis. sed vbi simplex non est circūscriptio corporis: ergo non ꝯtinet sub genere vbi: ⁊ sic vbi male diuidit per vbi simplex ⁊ cōpositūȝ. ¶ Quinto sic: omnis motus fit de cōtrario in ꝯtrariū: sȝ de vno vbi ad aliud fit motus: ergo vbi habet ꝯtrarium.

Ad argumenta. Ad pmum dicit. q̄ licȝ circūscriptio actiua sit q̄daȝ actio: nō tñ circūscriptio pmanēs ⁊ neutralis: de qua solū intelligit in diffinitione vbi ¶ Ad secūdū dr̄. q̄ lȝ aīa separata sit in loco diffinitiue ⁊ fm silitudinē: nō tñ est in loco circūscriptiue ⁊ ppie. ideo solū habet vbi fm similitudinē eo modo quo ponit esse in loco. ¶ Ad tertiū dr̄: q̄ lȝ vbi acceptū iterrogatiue vel relatiue sit sincathegorema. nō tñ qn̄ sumit pro alicubi: ⁊ solū hac mō hic accipit. ¶ Ad quartū dicit. q̄ vbi ppie dictū est circūscriptio corporis vt ponit in sua diffinitiōe: sed nō oportet de vbi similitudinarie accepto. modo vbi simplex est vbi fm quondā similitudinē ad vbi cōpositū. ¶ Ad q̄ntū dr̄. q̄ duo vbi cōsiderata vt maxime distātia sunt cōtraria: ⁊ fit motus de vno in aliud. tñ si ꝯsiderent vt solum dicūt esse circūscriptum locati: ⁊ predicant denoīatiue de prima substantia: hoc modo nō habēt contrarietatem nec sub tali ratione fit mot⁹ de vno in aliud. ⁊ q2 vbi sic a logico cōsideratur. ideo non dicitur habere contrarium.

P Ositio est quidam partiũ situs ⁊ generatiõis ordinatio vt sessio ⁊ statio. ⁊ sic de alijs. Itez tres sunt proprietates positiõis. Prima est ꝙ positio nõ hꝫ contrariũ. Secunda est: positio nõ suscipit magis neqꝫ minus. Tertia est ꝙ propriuz est positioni substantie proxime assistere.

¶ Postqꝫ auctor determinauit de pdicamẽto vbi qđ dicit simplr esse in loco. Hic ꝯsiter determinat de pdicamẽto situs qđ dicit modũ essendi partiũ in toto ⁊ in loco. quod ab auctore pñs dicto sub nomine positiõis hoc mõ diffinitur. Positio est quidã portiũ situs ⁊ gñatiõis ordinatio: sicut sedere vel stare dicit quãdã situatiõez partiũ in toto ⁊ in loco: ⁊ ordinẽ ꝯpõnis illaꝝ partiũ. In qua diffinitiõe situs se hꝫ ꝑ modũ gñis ⁊ notioris. Et poni partiũ ad denotandũ subiectũ imediatũ positiõis in quo est tota compositio. Deinde ponit gñatiõis ordinatio: qꝛ positio dicit ꝓprie ordinẽ partiũ qui ꝯuenit ipsis ꝑ compõnem quã hñt in toto. ⁊ illã compositionẽ hñt in gñatione totius si totũ generet. Si aũt sit ingenerabile. tũc hñt talem ordinẽ ꝑ formã totius q̃ ipas ꝯtinet ⁊ sub qua ordinant: ⁊ nõ dꝫ ꝑponi ⁊ copulatiue: sꝫ expositiue: vt tñ valeat sicut idest.

Primo sciendũ ꝙ lꝫ situs ⁊ positio realiter ⁊ essentialiter ꝯueniãt: differũt tñ abinuicez fm rationẽ. ꝑmo qꝛ situs reperitur tam in nãlibus qꝫ in mathematicis. Positio võ si capiatur ꝓprie solũ reperitur in nãlibus in quibus est nãlis ordinatio portiũ ex ꝯpositiõe rei. si tñ vtrũqꝫ capiatur gñaliter cõuertũtur. sed adhuc differũt hoc mõ: qꝛ situs dicit ꝑ pñs ordinẽ partiũ ad locuz q̃ ad situ totiũ: ⁊ positio ecõuerso ꝑ pñs dicit ordinẽ ꝑtiũ iter se. secũdo in respectu ad totũ. tertio ad locũ. Ista aũt triplex ordinatio partiũ ꝑ positiõez importat: ⁊ ꝑ ea q̃ in hoc pdicamẽto reponunt. ideo positio denominat subaz in hoc ꝙ est suas ꝑtes sic se habere adinuicẽ: ⁊ ad totũ et ad totũ ⁊ ad locũ: quare pñs dcm est ꝙ situs nõ dicitꝫ simplicẽ comparatiõez substãtie ad aliquid extrinsecũ.

Secũdo sciendũ ꝙ positio cũ sit vnũ genus gñalissimum nõ hñs supra se supius vniuocum: ꝯuenienter ponit vnũ pdicamẽtum: ⁊ qꝛ hꝫ vnũ specialez modum pdicandi de pma substantia. s. in hoc ꝙ est se habere ad aliud fm suas partes. ideo cõuenienter ponit vnũ pdicamẽtuz ab alijs distinctũ. Cuius species sunt positio inata. positio acq̃sita ex ꝯsueto motu nature: ⁊ equaliter poni sursum ⁊ deorsũ ante ⁊ retro: dextrũ ⁊ sinistrũ. Iste eniz sunt cõmunes dñtie vel spẽs positionis. ⁊ eius spẽs specialissime sunt iacere sedere stare, ⁊ indiuidua sunt sessio petri: sessio sortis: sed questitiuũ huius pdicamẽti sub nomine ꝓprio nõ habemus: sed circumloquimur ipsum querendo qualiter hoc ponitur vel situatur.

Tertio sciendũ ꝙ positiõis tres sunt ꝓprietates. Prima est ꝙ positio nõ habet contrariũ. Cuius rõ est: qꝛ si haberet contrariũ sequeret ꝙ vni ⁊ eidez esset plura cõtraria: quod est incõueniens. Cõsequentia tenet. qꝛ si sedere ⁊ stare essent contraria. eadem ratione iacere esset cõtrarium huic qđ est sedere: vel etiaz stare: qꝛ sicut duo pma nõ possunt esse simul in eodem: sic iacere nõ potest simul esse cũ ipsis. ⁊ sic vni contrariarent plura. Itez cõtraria sunt forme actiue ⁊ passiue: sꝫ positiões nõ sunt actiue vel passiue. ergo nõ cõtrariantur. Secunda ꝓprietas est ꝙ situs nõ suscipit magis ⁊ minus. qꝛ nihil dr magis ⁊ minus sedere intensiue. ⁊ si dicat magis ⁊ minus sedere extensiue: hoc est quoad duratiõez: nec aliquid dicitur similiter magis vel minus stare. ⁊ sic de alijs positiõibus. ergo positio nõ suscipit magis vel minus.

Quarto sciẽdum ꝙ tertia ꝓprietas positiõis q̃ inest sibi ꝓpria quarto modo est: ꝙ maxime est ꝓpriũ positiõi ꝓximus assistere substãtie. ⁊ dicitur illud accñs assistere substãtie: qđ in nomine suo nõ dicit esse in subiecto. sed dicit pncipalius comparatiõez vel respectũ substãtie ad aliqđ extrinsecũ: vt sunt ad aliquid: quãdo: vbi: situs: ⁊ habitus: q̃ magis dicũt respectũ ad aliqd extrinsecum suo subiecto q̃ inherẽtiaz eoꝝ in suo subiecto. ⁊ qꝛ inter ista positio nõ dicit solũ respectũ ad aliquid extrinsecum. s. ad locũ: sed etiaz dicit respectũ partiũ inter se ad suũ totũ: qui respectus ꝓximior est q̃ respectus ad extrinsecũ solũ. Ideo inter omnia q̃ hoc modo assistunt: positio dr ꝓximus assistere substantie. Et hoc modo satis pꝫ diffinitio: spẽs ⁊ ꝓprietates positionis.

Sed cõtra pdicta arguit primo sic. positio ⁊ situs idẽ sunt: ⁊ inter se ꝯuertunt. sed idẽ nõ debꝫ diffiniri ꝑ seipm. ergo diffinitio male diffinit ꝑ situ. ¶ Scdo sic. positio vel situs denoiare hꝫ totũ ⁊ non portem: vt totus homo dr iacere vel sedere ⁊ nõ partes eius. ergo diffinitio nõ ꝯuenit portib⁹: sed toti. ergo male dicit ꝙ est situs ꝑtiũ. ¶ Tertio sic. in celo est positio vel situs: et tñ ibi nõ est gñatiõis ordinatio: cũ celũ sit ingñabile. ergo male dr in diffõne positionis ꝙ est gñationis ordinatio. ¶ Quarto sic: sedere ⁊ stare maxie distãt ⁊ se expellũt ab eodẽ subo in quo sũt successiue: ⁊ etiã de vno in aliud fit mot⁹: ergo ꝯrariant. ⁊ sic positio habet cõtrariũ. ¶ Quĩt sic ad aliqd dicit in substãtia ex porte totius. positio võ dicitur ex parte partiũ tñ: ergo positio non proximius assistit substantie: sed ad aliquid.

Ad argumenta. Ad pmũ dr: ꝙ si situs ⁊ positio capiãtur ambo generalr sic hñt ꝯuertunt: qꝛ quecũqꝫ hñt positionẽ etiã dicunt situm hre ⁊ ecõtra. Sed si capiat positio spãliter ꝓ ordie ꝑtiũ q ꝯuenit ex cõpositiõe toti⁹: vt hic pncipalr capit: situs se hꝫ vt supius ad positionẽ: vt dictũ est. ¶ Ad 2m dr ꝙ lꝫ situs ꝯueniat toti pncipalr tanq̃ illi qđ denoiat ꝑ ipm: tñ pmo ꝯuenit ipsis ꝑtib⁹ inter se ordinatis. ⁊ postea ordinant ad totũ ⁊ ad locũ: eo ꝙ dicit ordinẽ ꝑtiũ iter se ad totuz ⁊ ad locũ: vñ ꝑtes se hñt vt subiectũ quo: totũ võ vt subiectuz qđ ⁊ pncipale. ¶ Ad 3m dr. ꝙ si capiat gñatio ꝓprie ꝓut ẽ ꝓgressio de non esse ad eẽ subiecto ꝓsupposito: sic in celo nõ ẽ gñatio. sed si capiat gñaliter pro q̃cũqꝫ ꝓgressiõe cõpositione rei vel pdicatiõe sic in celo repit gñatio: ⁊ sic capit gñatio in hac diffõne. ¶ Ad q̃rtũ dr. ꝙ lꝫ sedere ⁊ stare ꝑ accñs se expellãt ab eodẽ subiecto ꝑ hoc ꝙ ꝑ motuz localẽ cũ vnũ acq̃rit aliud abycit: nõ tñ se expellũt ꝑ se a tali subiecto: nec ꝑ se fit de vno in aliđ mot⁹. ¶ Ad qntũ dr. ꝙ lꝫ relatio se teneat ex ꝑte toti⁹. ⁊ positio ex ꝑte ꝑtiũ: tñ positio iportat respectũ ad aliqd itrinsecũ: relatio võ nõ. ideo positio dicit ꝓximi⁹ assistere substãtie q̃ relatio.

H Abitus est corpoꝝ ⁊ eorum que circa corpus sunt adiacentia: vt tunicatũ esse ⁊ bracatum esse. Et tres sunt ꝓprietates eius. Prima ꝙ habitus suscipit magis ⁊ minus vt eques est armatior pedite. Secũda ꝙ habitus non habet contrarium. Tertia ꝙ habitus semper est in plurib⁹. s. in habente ⁊ habito.

¶ Postqꝫ pñs determinatũ est de situ qđ cõiter ⁊ vniuersaliter cõuenit oĩbus substãtijs. Hic cõseqnẽter determinandũ est de vltimo pdicamẽto. s. de habitu: quod solum ꝯuenit homini ⁊ his que instrumẽtaliter subseruiũt hoĩ: ⁊ ab auctore pñs dicta sic diffinit. Habitus est corpoꝝ ⁊ eoꝝ que circa corpus sunt adiacentia. In qua diffõne po-

nitur adiacētia loco gnīs. ꝛ lꝫ ꝫ vocē ꝛ cā ornatus ponatur in vltimo loco diffōnis tñ fm rē ꝛ intellectū ponit in pmo loco. Deide ponit corpoꝝ ad explicādū subm habitus ꝛ cām finalē ei9. Deide ponit ꝛ coꝝ q̄ circa corp9 sunt ad explicādū cām efficientē ꝛ quodāmō mālem ipsi9 habitus. ꝛ p hoc itelligunt ea q̄ adiacēt ꝛ applicant corpori ꝫ figurā ei9. ꝛ p hoc differt habitus ab oibus alijs.

Primo sciēdū q habit9 vt hic sumit nō est res hñs nec res habita. sꝫ est quodāmodo accñs respectiuū inter rē habitā ꝛ hñtem sicut eē capuciatū nō ē res hñs capuciū nec ipm capuciū sꝫ dicit eē accñtale hominis sibi pueniēs ex adiacētis capucij. ꝛ iō hic nō capit habit9 vt est q̄litas de difficili mobilis: neqꝫ vt opponit puationi: sꝫ p tali accñte respectiuo qd est mediū rei hñtis ꝛ rei habite. ꝛ lꝫ sit ens respectiuū: nō tñ est relatiuū ꝫm esse: qꝛ nō refert ad aliud cū quo dicat ad ꝯuertētiā sub habitudine eiusdē casus: sed solū est relatiuū ꝫm dici.

Secundo sciēdū q habitus hoc modo accept9 est vnū pdicamētū ab alijs distinctū. Cui9 rō est: qꝛ est vnū genus gnālissimū. ꝛ hꝫ vnū specialē modū pdicādi de pma substātia. pdicat .n. de ipsa in hoc q est esse sic vel sic habituatū. Cui9 quesitū sub noie pprio nō habemus: sed ipm circūloquimur dicēdo q̄liter est h habituatū: ꝛ eius spēs sunt habitus totius ꝛ habitus partis. Exemplū de pmo vt armatū esse vestitū esse. Exemplū de secūdo vt tunicatū esse vel capuciatū eē. ꝛ iteꝝ armatū esse plures cōtinet spēs spālissimas vt loricatū esse lanceatū eē. ꝛ sic de alijs. ꝛ vestitū esse plures spēs spālissimas cōtinet etiā sub se: vt tunicatū eē ꝛ capuciatū eē. ꝛ induidua sunt vt armatio sortis ꝛ platonis. ꝛ sic de alijs.

Tertio sciēdū q hitus tres ponunt cōitates. quaꝝ pma est q habitus suscipit magis ꝛ minus. Cui9 rō est: qꝛ suscipe magis ꝛ minus est idē manēs in spē magis vel minus accedere ad pfectū esse illi9 spēi. ita q accessum ad talē terminū dr̄ suscipe magis ꝛ minus p recessū ab eo: sꝫ hoc ꝯuenit habitui sicut aliquid dicitur magis armatus vel minus armatus. nam vnus est armatior alio ꝫm q magis vel minus accedit ad pfectū eē sue spēi. ꝛ sic habitus suscipit magis ꝛ minus. Scda pprietas est q habitui nihil est ꝯriū. Cui9 rō est: qꝛ nullū accñs respectiuū hꝫ ꝯriū inq̄tū respectiuū est: qꝛ non p se ꝯtraria tur illi ad qd refert: sed tñ rōne sui fundamenti: sed fundamēta habitus nō ꝯtrariant: vt corpora inter se nō contrariant nec illa q̄ sunt circa corp9 vt sunt tunica capuciū: ꝛ sic de alijs. g habitus nō habet contrarium.

Quarto sciēdū q ipsius habitus tertia pprietas est q ppriū est habitui semp in pluribus existere. Cuius rō est: qꝛ habitus est corpoꝝ ꝛ coꝝ que circa corpus sunt adiacētia: sed in tali adiacētia illa que hñtur applicātur ꝛ figurātur ꝫm figurā hñtis: ratione cuius aliquid dr̄ habere: ꝛ econtra ipsum hñs quodāmodo applicatur: ꝛ quodāmodo adiacet rei habite: ratione cuius dr̄ haberi. ꝛ ideo vtrūqꝫ illoꝝ est aliquo mō adiacēs ꝛ applicatū ad alteꝝ. Ideo habitus semp in pluribus existit: tamen nō est ppriē: vt in pncipali subiecto in re habita: rōne cuius non p se denoiat rem habitā: vt capuciū nō dicitur capuciatū: sed vt in pncipali subiecto est in ipo habente ꝛ ipm denominat: vt dicēdo sortes est capuciatus. Et per hoc satis patet diffinitio. modus pdicādi: species: induidua: ꝛ proprietates ipsius habitus.

Sed ꝯtra pdicta arguit pmo sic. visus est habitus: ꝛ tñ nō est adiacētia corpoꝝ. ergo diffinitio mala. ¶ Secundo sic. tunica est habitus. ꝛ silr capuciū: ꝛ tñ nō est adiacētia corpoꝝ: sed est illud qd est circa corpus. g ꝯtra diffinitōez. ¶ Tertio sic. vbi est adiacētia corporis ꝛ loci existētis circa corp9: ꝛ tñ nō est habit9. ergo ista diffinitio cōuenit alijs a diffinito. ¶ Quarto sic: suscipere magis ꝛ minus psupponit hr̄e ꝯtrariū: sed habit9 nō hꝫ ꝯtrariū. ergo nō suscipit magis ꝛ minus. ¶ Quito sic. nullū accñs est in pluribus subiectis: qꝛ accñs numerat ꝛ multiplicat ꝫm multitudinē suoꝝ subiectoꝝ. ergo nulli habitui cōuenit in pluribus existere: ꝛ p consequēs male ponitur tertia proprietas ipsius habitus.

Ad argumenta. ¶ Ad pm dr̄. q si capiat habitus p puro hitu seu forma positiua q̄ opponit puationi q̄ est carētia forme in subiecto apto nato sic visus ē habit9: sꝫ nō est hitus capiēdo habitū p accñte medio inter rē hñtē ꝛ rē habitā vt hic solū accipit. ¶ Ad 2m dr̄. q lꝫ tunica ꝛ capuciū dicant mālr̄ habitus: nō tñ formalr̄: sed adiacētia ipsoꝝ ipsis hñtibus dr̄ formaliter habitus: tñ illa sūt nobis notiora q̄ illa adiacētia. Ideo sepe noiant noie habitus: ꝛ sic reponūtur in q̄rta spē q̄litatis. ¶ Ad 3m dr̄. q lꝫ vbi dicat adiacentiā locati ꝛ loci: nō tñ adiacentiā hñtis ꝛ habiti qd applicat ꝛ figurat ad figurā hñtis. vñ ad habitū requirit adiacētia tñ ꝛ applicatio simul q̄ ꝯuenit corpori: ꝛ in vbi est adiacentia tñ. ꝛ hoc intelligit in hac diffinitōe cū dr̄ coꝝ q̄ sunt circa corpus adiacētia. ¶ Ad quartū dr̄. q suscipe magis ꝛ minus ex pmixtione ꝯrij cum ꝯrio semp psupponit ꝯrietatē: nō tñ suscipe magis ꝛ minus per accessum ad terminū ꝛ recessum a termino: ꝛ hoc modo habitus suscipit magis ꝛ minus q̄uis non habeat cōtrarium. ¶ Ad qntū dr̄. q lꝫ nullū accñs in numero sit pfecte in pluribus subiectis: qꝛ tūc nō esset vnū: tñ bñ pōt esse cōplete ꝛ pfecte in vno subiecto ꝛ impfecte i alio vt in cā ppinqua: ꝛ sic est de habitu q est in hñte cōplete vt i subiecto, ꝛ in re habita incōplete: ꝛ vt in cā vt dictum est prius.

Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter. Oppositorum enim alia sunt relatiue opposita: vt pater ꝛ filius: duplum ꝛ dimidiū: dñs ꝛ seruus. Alia sunt priuatiue opposita: vt priuatio ꝛ habitus: vt visus ꝛ cecitas: auditus ꝛ surditas. Alia sunt contrarie opposita: vt album ꝛ nigrum. Alia sunt cōtradictorie opposita: vt sedere ꝛ non sedere.

¶ Postq̄ auctor determinauit de pdicamētis. Hic consequēter determinat de postpredicamētis. Et rō ordis est: qꝛ pdicamētū dicit solū coordinationē dicibiliū que sunt sub eodē genere tñ. Postpredicamētū vō dicit coordinationē coꝝ que in diuersis predicamētis reponunt. diffinitur enim sic. Postpredicamētū est coordinatio plurium dicibiliū reducibiliū ad diuersa pdicamēta valens ad cōpletam notitiā coꝝ habēdā: sicut motus dicit coordinationē suarū specierū que ad diuersa predicamēta reducuntur: vt patebit inferius. ꝛ qꝛ prius oportet cognoscere coordinationē dicibiliū sub vno genere q̄ coordinationē eoꝝ que ad diuersa genera reducunt. Ideo cōuenienter postpredicamenta predicant de postpredicamentis.

Ad argumenta. Ad p̄mū₃ dr̄ q ista maior. oē aial si est rudibile est asinus: pōt eē cōditiōalis: vel de ɔditionato extremo: si sit ɔditionalis ibi nō est bonus sillogismus in p̄mo modo: quis ex ypotheticis nō fit bonus sillogismꝰ cathegoricꝰ. si vo maior sit cathegorica: tūc illa ɔditio si est rudibile. pōt referri ad subiectū: ⁊ sic maior est falsa. ⁊ sequit̄ cōclusio. ⁊ sensus eius est de quocūq₃ est verum dicere q est animal. si est rudibile: est veruꝫ dicere q est asinus. vel illa cōditio refert̄ ad p̄dicatū: ⁊ tūc maior est vera: ⁊ male subsumit̄ in minore: qꝛ illa ɔditio nō debet sumi cū medio in p̄dicato minoris cū nō poneret̄ ad mediū in subiecto maioris: nō ibi nō arguit̄ in p̄mo modo. ¶ Ad secūdū dr̄. q lꝫ illa maior: oē rōnale vel irrōnale est homo. pōt esse disiūctiua: ⁊ sic est vera. ⁊ non est ibi sillogismus cathegoricus. vel pōt esse de disiūcto subiecto: ⁊ hoc dupliciter. qꝛ vel distribuitur illud totū disiūctū rōnale vel irrōnale: ⁊ sic est bonus sillogismꝰ sed maior est falsa sicut ɔclusio: vel distribuit̄ tm̄ p̄ma pars disiūcti. s. rōnale: ⁊ tūc est vera: ⁊ tūc nō bn̄ arguit̄: qꝛ in plus est p̄dicatū minoris q̄₃ subiectū distributum in maiore. ¶ Ad tertiū dr̄. q ibi male subsumit̄: qꝛ subsumit̄ sub asino qui nō distribuit̄ in maiore ⁊ non subsumitur sub homine qui est subiectum distributiōis maioris: sic ergo deberet subsumi: cuiuslibet hominis asinꝰ currit: omne rudibile est homo: ergo cuiuslibet rudibilis asinus currit. ¶ Ad quartū dicit̄: q ibi arguitur a minus amplo ad magis amplū cum distributione magis ampli ex parte hominis qui in minore solum distribuit̄ pro hominibus presentibus ad quos restringit̄ per verbū p̄sentis tēporis: ⁊ in ɔclusione distribuit̄ pro p̄sentibꝰ ⁊ futuris ad quos ampliat̄ per illud verbuꝫ futuri tēporis generabitur. ¶ Ad quintū dicitur. q in illo sillogismo male cōcluditur. quia hec dictio preter non excipit sor. in cōclusione ab eodeꝫ p̄dicato sicut in minore: nec est eadē dispositio subiecti in affirmatiua ⁊ negatiua: ideo sic debet ɔcludi: ergo nullus homo alius a sorte est asinus.

¶ Barij. Tertius modus cōstat ex maiori vniuersali affirmatiua: ⁊ minori particulari affirmatiua ꝑticularē affirmatiuam directe concludentibus: vt omne animal est substantia: q̄dā

homo est aial. ergo quidaz homo est substantia. ¶ Ferio. Quartus modus ꝯstat ex maiori vniuersali negatiua z minori pticulari affirmatiua: particularez negatiuā directe concludentibus: vt nullū aial est lapis: quidā homo est aial. ergo quidā homo non est lapis.

¶ Postq̄ auctor determinauit supius de modis vniuersalibus pme figure directe concludentib9. Hic ꝯsñter determinat de modis particularib9 directe cōcludētib9. s. de dary z ferio. z pmo diffinit dary: eo q est affirmatiu9 z alter negatiuus dicens. Dary tertius modus pme figure cōstat ex vniuersali affirmatiua maiori: pticulari affirmatiua minore particularē affirmatiuā directe cōcludētib9: vt omne aial currit: quidā homo est animal. g qdaz homo currit. z pbat hoc modo ꝯñtia per regulam. s. dici de omni: q2 in isto sillogismo currit de subiecto. s. de aiali distributo dicit. igitur dicit de quolibet cōtento sub ipso: sed aliquis homo cōtinetur sub animal. ergo de ipso predicatur currit. z posset etiam probari per diffinitionem consequētie formalis sicut dcm̄ est de alijs modis.

Primo

sciendū q ad debite sillogizandū in dary opz q termini debite accipiant sic q non fiat variatio terminoꝝ reiterando extremitates in ꝯclone: vel in reiteratōe medij in pmissis. z per talem cōsiderationem circa terminos poterūt cognosci multi paralogismi q fiūt apparēter fm istum modū. etiā inspiciendū est ad premissas. z q ille debite disponātur. ita q ibi sint due cathegorice tm̄ tanq̄ pncipales premisse: q2 sillogismus cathegoricus solū cōponit ex ppōnibus cathegoricis. z si in aliquo sillogismo sint plures pmisse q̄ due oz ipsum resoluere pmo ad duas propositiones que sint pncipales eius pmisse: z ex consequēti ad tres terminos ad videndū vtrū debite formetur in isto vel in alijs.

Secundo

sciendū q ferio quartus modus prime figure ꝯstat ex vniuersali negatiua maiori: particulari affirmatiua minori particularē negatiuā concludentibus directe: vt nullū animal est lapis: quidā homo est animal. ergo quidā homo non est lapis. z pbatur per regulam per dici de omni z dici de nullo: q2 ibi lapis negatur de animali distributo. ergo nihil est sumere sub animali a quo nō remoueatur lapis. z quia homo sumitur ab animali ideo lapis remouetur ab ipso.

Tertio

sciendū q isti duo modi pticulares sunt pfecti. z quantū ad necessitatē ꝯcludēdi. z q̄tū ad euidentiā ipsoꝝ: q2 imediate regulant per dici de nullo. z quantū ad illā pfectiōez nō hñt perfici per alios modos: sed quantū ad quātitatē modi vlēs sunt pfectiores aliquo modo. z si negetur ꝯñtia istoꝝ modoꝝ pōt aliqua modo probari reducendo ipsos ad modos vlēs hoc modo: q2 dary reducit pma ad camestres in secunda figura capiēdo contradictoriū ꝯclonis sue cū maiore inferēdo oppositū ꝯtradictoriū minoris. vt arguendo in dary. ois homo est aial: quoddā risibile est homo. ergo quoddā risibile est aial. reducit sic ad camestres: omnis hō est aial: nullū risibile est animal. ergo nullū risibile est hō. z etiā ferio reducitur ad cesare vel ad camestres: z q2 illi modi iteꝝ reducunt ad celarēt per ꝯuersiones. iō isti modi particulares ex ꝯñti possunt reduci z pbari per vlēs: non reducuntur isti modi ad modos secūde figure: vt ibi perficiant vel vt ibi stet eoꝝ reductio: sed vt mediantib9 ipsis reducātur ad modos vniuersales pme figure.

Quarto

sciendū q in istis quattuor modis pme figure iam habitis cōcludunt q̄ttuor genera ppōnuz. s. vniuersalis affirmatiua q̄ ꝯcludit in barbara vniuersalis negatiua in celarēt particularis affirmatiua in dary: particularis negatiua in ferio. inter quas vniuersalis affirmatiua est difficillima ad ꝯcludēdū: q2 solū in vno mō ꝯcludit. s. in barbara. Deīde vniuersalis negatiua que ꝯcludit in vno modo in pma figura s. in celarēt. z in duobus modis in secunda figura. s. in cesare z camestres. tertio particularis affirmatiua que ꝯcludit in vno modo in pma figura. s. in dary: z in tribus modis tertie figure. s. in darapti disamis z datisi. z quarto pticularis negatiua que facillima est ad concludēdum que potest cōcludi in vno modo pme figure. s. in ferio z in duobus modis secūde figure. s. in festino z baroco: z in tribus modis tertie figure. s. felapton bocardo z ferison: sed ecōtra particularis negatiua difficillima est ad interimendū. interimit. n. per suā cōtradictoriā que est vniuersalis affirmatiua que est facillima ad destruēdū. z p hoc posset hri ordinatio hoꝝ q̄tuor modoꝝ pme figure directe ꝯcludētiū.

Sed ꝯtra

predicta arguitur pmo sic. non sequitur: omne risibile est animal. tm̄ homo est risibilis. ergo tm̄ homo est animal: z tamen ibi arguitur in dary. ergo in ipso non est consequentia formalis. ¶ Secundo sic. hic bene arguit in dary: omne indiuiduū alicuius spēi est asinus. sortes est iduiduum alicu9 spēi: ergo sortes est asinus. z maior pbaret: q2 oē iduiduū asini est asinus g omne iduiduū alicu9 spēi est asinus: z tñ in pmo sillogismo nō est bona ꝯsitio: g ꝯtra tertiū modum. ¶ Tertio sic: nō sequit. oē currēs est asinus: aliqs hō pōt esse currens: ergo aliqs hō pōt esse asinus: z tñ arguit ibi fm tertiū modū. ¶ Quarto sic: nō sequit. nulluz aial est species: homo est animal ergo hō non est spēs: z tamē ibi arguit in ferio. ¶ Quinto sic: nō sequit. nullus denarius valet albū: qdam frācus valet denarium: ergo quidā frācus non valet album: z tamē ibi arguit in quarto modo: ergo non est consequentia formalis.

Ad argumenta.

Ad pmū istoꝝ dr. q ibi male cōcludit: eo q in minori hec dictio tantū excludit respectu risibilis negādo ipsum ab oib9 alijs ab hoie: z in ꝯclusiōe excludit respectu aialis negādo aial ab oib9 alijs ab hoie: z sic ibi arguit a negatione inferioris ad negationē supioris: z cōmittit fallacia cōsequētis. sed debet cōcludi nō ponēdo dictionē exclusiuā i ꝯclusione. ¶ Ad scdm dr. q ibi bene arguit in dary. sed maior illius sillogismi est falsa. s. omne indiuiduū speciei alicuius est asinus: z ad pbationē eius dr q ibi arguit ab inferiori ad supius cum distributione supioris: quia iduiduū asini se habet vt inferius ad indiuiduū alicuius spēi: ideo nō sequit omne indiuiduū asini est asinus: ergo oē iduiduū alicu9 spēi est asinus. ¶ Ad tertiū dr. q ibi male arguit: q2 subiectū maioris. s. currens nō est pdicatum minoris. sed potēs esse currēs pdicat in minori: iō ibi nō sunt tres termini tm̄ imo quatuor. ¶ Ad quartū dr. q in illo argumēto hō tenet in minore pro supposito z in conclusione pro natura cōi. ideo variat minor extremitas z nō sunt tres termini tm̄ nec debite arguit. ¶ Ad quintum dr. q ibi nō bñ arguit: q2 nō est idē subiectū maioris z pdicatū minoris: q2 denarius subijcit in maiori z valēs denariū pdicatur de minori ideo non arguit in quarto mō.

¶ Baralipton. Quintus modus ꝯstat ex duabus vniuersalib9 affirmatiuis pticularē affirmatiuā idirecte cōcludentibus: vt omne aial ē substātia: ois hō ē aial: ergo quedā substātia ē hō. Et reducit ad primū moduz prime figure per cōuersionē ꝯclusionis p accidēs. ¶ Celantes. Sextus modus constat ex vniuersa-

li negatiua maiori ꝛ vniuersali affirmatiua minori vlem negatiuã indirecte cõcludentib⁹: vt nullũ aial est lapis: ois hõ est aial. ergo nullus lapis est hõ. ꝛ reducit̃ ad scđm modũ prime figure ꝑ ꝯuersionẽ ꝯclõnis simplr̃. ¶ Dabitis Septimus modus ꝯstat ex maiori vniuersali affirmatiua ꝛ minore particulari affirmatiua ꝑticularẽ affirmatiuã indirecte cõcludentib⁹: vt omne aial est substãtia: quidã hõ est aial. ꝗ quedã sñba est hõ. ꝛ reducit̃ ad tertiũ moduꝫ prime figure ꝑ cõuersionẽ cõclusiõis simplr̃.

¶ Postq̃ auctor determinauit de modis ꝑme figure directe cõcludẽtib⁹. Hic ꝯñter determinat de modis indirecte ꝯcludentib⁹. ꝛ ꝑmo de baralipton dicẽs sic. q̃ baralipton cõstat ex maiori vli affirmatiua ꝛ minori vli affirmatiua ꝑticularẽ affirmatiuã indirecte ꝯcludẽtib⁹. ꝓbatur q̃ in isto mõ fit ꝯñtio bona ꝛ formalis reducẽdo ipm ad barbara ꝑ conuersionẽ ꝑ accñs ꝯclõnis de barbara. ꝛ quicqd sequit̃ ad ꝯñs bone ꝯñtie sequit̃ ad antecedens ei⁹: sed ad ꝯclõnẽ ꝑmi modi q̃ est vlis affirmatiua sequit̃ ꝑticularis affirmatiua cõuertẽs ei⁹. ꝗ illa ꝑticularis affirmatiua sequit̃ indirecte ad ꝑmissas de barbara. ꝛ q2 ille ꝑmisse sunt ꝑmisse in baralipton. iõ ex ipis in baralipton debite infert̃ ꝑticularis affirmatiua indirecte: q̃d facilr̃ videt̃ ꝑ exẽpla. ꝛ reducit̃ iste modus ꝑ impossibile ad celarẽt capiẽdo ꝯdictoriũ cõclusionis de baralipton ꝓ maiori de celarẽt: ꝛ seruãdo maiorẽ de baralipton ꝓ minore inferẽdo cõuersaꝫ ꝯrie minoris de baralipton ad quã sequit̃ contradictorio minoris ꝑ cõuersionẽ ꝑ accñs.

Primo sciẽdũ q̃ reducere vnũ modũ ad aliuꝫ est ostẽdere euidentiã ꝯñtie vnius modi ꝑ aliũ euidentẽ ad quẽ reducit̃: sꝫ ꝑ hoc q̃ ꝯclõ de barbara infertur ꝑ ꝯuersionẽ ꝯclõnis de baralipton ostẽditur euidẽtia modi cõcludendi de baralipton: ꝛ nõ ostẽdit̃ euidẽtia ꝑmi modi. iõ ꝑ hoc baralipton reducit̃ ad ꝑmum modũ. ꝛ nõ ecõuerso. etiã capiẽdo oppositũ ꝯclõnis sue cuꝫ maiore ad inferẽdũ oppositũ minoris in celarẽt ostẽdit̃ sua necessitas ꝯcludẽdi ꝑ illã regulã: q̃ñcũq; ex opposito ꝯñtis infert̃ oppositũ añtis ibi est bona cõsequẽtia: sꝫ ex opposito cõclusionis de baralipton cũ vna ꝑmissaꝝ infert̃ in celarẽt oppositũ alteri⁹ ꝑmisse. iõ ꝑ hoc ꝓbat̃ sufficiẽter.

Secundo sciẽdũ q̃ celãtes sextus modus cõstat ex vli negatiua maiori ꝛ minore vniuersali affirmatiua vlem negatiuaꝫ indirecte cõcludẽtib⁹. ꝛ reducit̃ ad celarẽt ꝑ ꝯuersionẽ simplicẽ ꝯclõnis de celarẽt: q2 ad illã ꝯclõnẽ sequit̃ ꝑ ꝯuersionẽ simplicẽ vlis negatiua ꝯuertẽs ei⁹. ꝗ illa vlis negatiua sequit̃ ad ꝑmissas de celarẽt: ꝛ ille sunt ꝑmisse in celãtes. ꝗ debite cõcludit̃ indirecte vlem negatiuã: ꝛ nõ tñ ostẽderet̃ euidẽtia ꝑ cõuersionẽ cõclusionis de celãtes: sꝫ magis ostẽderet̃ q̃ ad duas ei⁹ ꝑmissas sequeret̃ ꝯclõ de celarẽt ꝛ magis ꝓbaret̃ secũdus modus q̃ꝫ sext⁹. Sꝫ ꝑ impoĺe iste modus reducit̃ ad dary capiẽdo ꝯdictoriũ sue ꝯclõnis ꝑ minore: ꝛ minorẽ ei⁹ ꝓ maiore ad iferẽdũ ꝯuersaꝫ ꝯdictorie maioris ei⁹ ad quã seq̃t̃ ꝯdictoris maioris ei⁹. vt facto isto sillogismo i celãtes. nullũ aial est lapis: ois hõ est aial. ꝗ nullus lapis est hõ. arguit̃ in dary ois hõ est aial: q̃daꝫ lapis est hõ. ꝗ quidã lapis est aial. ꝛ ad istã sequitur. quoddã aial est lapis que est cõtradictoria maioris ꝑmi sillogismi.

Tertio sciẽdũ q̃ dabitis septimus modus cõstat ex vli affirmatiua maiore ꝛ ꝑticulari affirmatiua minore ꝑticularẽ affirmatiuã idirecte cõcludẽtib⁹: ꝛ ꝓbat̃ reducẽdo ipꝫ ad dary ꝑ ꝯuersionẽ simplicẽ ꝯclõnis de dary: ad quã ꝯclõnẽ sequit̃ ꝑticularis affirmatiua ꝯuertẽs ei⁹: ꝛ illis ꝯclõ sequit̃ ad ꝑmissos de dabitis: q̃ sũt in dary. ꝗ ꝑ easdẽ ꝑmissas bñ infert̃ in dabitis ꝑticularis affirmatiua indirecte q̃ est ꝯuertẽs ꝯclõnis de dary. ꝛ ꝑ impoĺe iste modus reducit̃ ad celarẽt accipiendo ꝯdictoriũ ꝯclõnis ei⁹ ꝓ maiore: ꝛ minorẽ ei⁹ ꝓ minore inferẽdo ꝯuersã ꝯdictorie minoris ei⁹ vt facilr̃ põt ꝑ exẽpla videri.

Quarto sciẽdũ q̃ lꝫ sint tres modi indirecte cõcludentes corrñdentes trib⁹ modis ꝑmis directe ꝯcludẽtib⁹. ꝛ cõpositi sint ex eisdẽ ꝑmissis sicut ipi. tñ nullus est modus corrñdens quarto mõ. s. ferio ꝗ fiat ex eisdem ꝑmissis cũ eo. Et rõ babet̃ ꝑ regulã Boetij. q̃ ois sillogismus inferẽs ꝯclõnẽ que põt cõuerti põt inferre indirecte cõuertentẽ ei⁹. ꝛ eꝯ sillogismus inferẽs ꝯclusionẽ que nõ põt conuerti non põt inferre indirecte aliq̃ ꝯclõnẽ. sed ꝯclões in tribus ꝑmis modis pñt bene conuerti. iõ illi tres modi pñt indirecte concludere: sed ꝯclõ de ferio cũ sit ꝑticularis negatiua nõ potest ꝯuerti in terminis nec simplr̃ nec ꝑ accñs. iõ ꝑmisse de ferio nõ inferunt aliq̃ cõclusionẽ indirecte. ideo nõ est aliq̃s modus indirecte cõcludẽs ꝯueniẽs ferio in ꝑmissis. ꝛ per hoc pꝫ intellectus istoꝝ modoꝝ corrñdẽtiũ trib⁹ ꝑmis modis,

Sed ꝯtra ꝑdicta arguit̃ ꝑmo sic: oẽs modi ꝑme figure sunt ꝑfecti cũ imediote regulent̃ ꝑ dici de oi vel ꝑ dici de nullo: ergo vn⁹ nõ reducit̃ ad aliũ: ergo male dr̃ q̃ baralipton reducit̃ ad barbara. ¶ Scđo sic nõ sequit̃ omne albuꝫ est accñs: ois hõ est albus: ꝗ q̃ddã accñs est hõ: ꝛ tñ arguit̃ in baralipton: ergo in illo mõ nõ est bona ꝯsequẽtia. ¶ Tertio sic: modus est ordinatio duarũ ꝑmissorũ in debita qualitate ꝛ q̃ntitate: sed in celãtes est eadẽ ordinatio ꝑmissorũ in debita q̃litate ꝛ q̃ntitate: ꝛ etiã est eadẽ q̃ntitas ꝯclusionis sicut in celarent: ergo iste modus non distinguit̃ a celarẽt: nec ad ipsum reducitur. ¶ Quarto sic: nullum currens est hõ: supposito q̃ nullus homo existat: omne aial est currẽs: ergo nullus hõ est aial. ꝛ tñ ibi arguit̃ in celãtes: ergo in eo non est bona ꝯsequẽtia. ¶ Quinto sic nõ sequit̃. oẽ aial est idiuiduũ. aliq̃d genus est aial: ergo aliq̃d indiuiduũ est genus: ꝛ tñ arguit̃ in dabitis: ergo in ipso non est bona consequentia.

Ad argumenta. Ad ꝑmũ istoꝝ dr̃. q̃ licet oẽs modi ꝑme figure sint ꝑfecti quãtũ ad subsumptionem. non tñ quãtũ ad modũ cõcludendi: q2 indirecte ꝯcludẽtes non hñt euidentem modũ cõcludẽdi: sed fiũt euidẽtes per reductionẽ ad alios modos. ¶ Ad scđm dr̃. q̃ albũ in maiore illi⁹ sillogismi accipit̃ fm se ea pte q̃ua differt rõne a suo subiecto: ꝛ in minore capit̃ per respectũ ad suũ subiectũ inq̃ntũ dicit ee accidẽtale eius: ꝛ ideo accipit̃ mediũ sub diuersis respectibus: ꝛ vt diuersa sibi accidũt: ideo mediuꝫ variat̃ in duabus ꝑmissis: ꝛ ibi cõmittit̃ fallacia accidẽtis. ¶ Ad tertiũ dr̃. q̃ lꝫ celãtes nõ distinguat̃ eẽntialr̃ a scđo modo q̃ntuꝫ ad dispositionẽ ꝑmissaꝝ: tñ accñtalr̃ q̃ñũ ad modũ ꝯcludendi distinguit̃ ab ipso vt dictũ est ꝑius. ¶ Ad q̃rtuꝫ dr̃. q̃ in illo sillogismo hõ in ꝑdicato maioris stat pro hoib⁹ existib⁹ tñ: ꝛ in ꝯclusione stat tã pro existib⁹ q̃ꝫ pro nõ existentib⁹: eo q̃ nõ subijcit̃ cum aliquo accidẽtali ꝯtrahente ipsum ad supposito existẽtia sicut in maiore. ¶ Ad q̃ntum dr̃. q̃ in illo sillogismo aial in subiecto maioris accipitur pro suis suppositis: ꝛ in predicato minoris supponit pro natura cõi: ideo ibi fit variatio medij i duab⁹ ꝑmissis: ꝛ non bene arguitur: nec sunt tres termini tñ.

¶ **Fapesmo.** Octauus modus ꝯstat ex maiori vli affirmatiua ꝛ minori vli negatiua particularem negatiuam concludentibus idirecte: vt omne animal est substantia: nullus lapis est

animal. ergo quedā substātia nō est lapis. Et reducitur ad quartū modū prime figure maiori cōuersa per accñs: τ minori simpliciter τ per transpositionē pmissaꝝ. ¶ Frisesomorū. Nonus modus constat ex maiori particulari affirmatiua τ minori vniuersali negatiua: particularem affirmatiuā indirecte concludentibus: vt quoddā animal est substantia: nullus lapis est animal. ergo quedā substantia nō est lapis. Et reducitur ad quartum modum prime figure maiori τ minori conuersis simpliciter τ p transpositionē premissarum.

¶ Postq̄ auctor determinauit de modis pme figure indirecte cōcludentibus cōuenientibus in premissis modis directe cōcludentibus. Hic ɔñter determinat de modis indirecte cōcludentibus differentibus in pmissis a modis directe concludētibus. s. fapesmo τ frisesomoꝝ: τ qz fapesmo est modus vlis. alter vō est particularis. ideo auctor pus determinat de ipso dicēs. Octau⁹ modus. s. fapesmo ɔstat ex vli affirmatiua maiori τ vli negatiua minori: particularē negatiuā cōcludētibus indirecte. Et reducit ad ferio maiore cōuersa p accidens: τ minore simpliciter facta transpositione pmissaꝝ. Et pbat ɔñtia hꝫ p illam regulam. quicqd sequit ad ɔñs bone ɔñie sequit ad antecedens eius: sed ad pmissas de fapesmo facta conuersione premissaꝝ cū trāspositione ipsaꝝ sequūtur premisse de ferio: τ ad illas pmissas sequit particularis negatiua. ergo conclusio illa sequit ad premissas de fapesmo. ergo in illo modo est bona consequentia.

Primo sciendū ꝙ p impossibile fapesmo potest reduci ad barbara capiēdo ɔdictoriū sue ɔclonis p maiore: τ maiorē eius p minore inferēdo cōuersaꝫ cōtradictorie minoris ad quā sequit illa ɔtradictoria. vt arguendo sic in fapesmo: ois hō est aīal. nullus lapis est hō. g̃ quoddā aial nō est lapis. τ sic arguit in barbara: omne aial est lapis. ois hō est aial. g̃ ois hō est lapis: ad quā sequitur p cōuersionē p accñs. quidā lapis est hō. q̄ est ɔdictoria minoris. τ pōt etiā reduci ad celarēt capiendo ɔdictoriā ɔclonis p minore τ minorē p maiore inferēdo cōuersam oppositi maioris vt psupposito sillogismo facto in fapesmo. arguit sic in celarēt: nullus lapis est hō: omne animal est lapis: seqtur. g̃ nullū aial est hō. ad quā p ɔuersionem p accñs sequit. quidā hō non est animal.

Secundo sciendū ꝙ nonus modus. s. frisesomoꝝ ɔstat ex pticulari affirmatiua maiore τ vniuersali negatiua minore particularē negatiuā cōcludentib⁹ indirecte. τ reducit ad ferio maiore τ minore cōuersis simplr τ facta trāspōne pmissaꝝ. per hoc pbat ꝙ sit in eo bona ɔñtia: qz ad pmissas eius sequūtur p cōuersionē cū trāspositōe premissaꝝ premisse de ferio: p quas pmissas sequit particularis negatiua cōclusio. g̃ eadē sequit ad pmissas de frisesomoꝝ. vt arguēdo sic. quidā hō est aial. nullus lapis est hō. ergo qđdā aial non est lapis. cōuertēdo simplr τ trāsponēdo pmissas sic arguit in ferio. nullus hō est lapis: quoddā aial est hō. iste pmisse sequunt ad alias pmissas: τ seqt qđdā aial nō est lapis.

Tertio sciēdum ꝙ iste vltimus modus pōt p impossibile reduci ad celarēt capiēdo cōtradictoriū cōclusionis p minore τ minorē loco maioris inferendo cōuersam oppositi maioris: vt arguendo sic: quidā hō est aial. nullus lapis est hō. ergo quoddam aial nō est lapis. τ sic arguēdo i celarēt: nullus lapis est hō: omne aial est lapis. ergo nullū aial est hō. ad quā sequit ueꝝ p conuersionē: nullus hō est aial. que est ɔtradictoria pme maioris. τ pōt reduci ad darij capiēdo cōtradictoriū conclusionis p maiore τ maiorē p minore inferēdo cōuersam ɔdictorie minoris ad quā sequit illa cōtradictoria.

Quarto sciendum ꝙ fapesmo τ frisesomoꝝ valēt in qualibet figura ad cōcludendū particularē negatiuā indirecte. τ qz repiunt in oibus figuris Aristo. determinat de ipsis postq̄ docuit formatiōes sillogismorum in tribus figuris. aliter tñ reperiunt in pma figura τ in alijs: qz qñ mediū subijcit in vna premissarum τ pdicat in alia sunt in pma figura: τ cū pdicat in vtraqꝫ sunt in secūda figura: τ cum subijcit in vtraqꝫ sunt in tertia figura. τ qz per prius reperiūtur in primo figura q̄ in alijs. adeo quodā modo appropriant pme figure. Ratione cuius cōuenienter a Per. hispa. enumerant inter modos pme figure: nec tñ negat qn repiant in alijs.

Cōtra predicta arguit pmo sic. in omni sillogismo ɔclusio debet esse silis alicui pmissaꝝ: sꝫ pticularis negatiua non est silis alicui pmissaꝝ de fapesmo cū ambe sint vles. ergo male dr ꝙ ibi ɔcludit pticularis negatiua ¶ Scdo sic. pmisse d fapesmo maiorē ɔueniētiā hñt cū pmissis de celarēt q̄ cū pmissis de ferio: g̃ magis debēt reduci per ɔuersionē ad celarēt q̄ ad ferio. τ sic male dr ꝙ reducit ad ferio per cōuersionē. ¶ Tertio sic: frisesomoꝝ est cōbinatio inutilis: qz ibi sunt oabiles termini i qb⁹ oi τ in qb⁹ nulli: ergo male ponit ille modus. ¶ Quarto sic. in oi sillogismo dꝫ fieri subsumptio: sed in frisesomoꝝ nulla fit subsumptio: qz maior est pticularis: τ sub pticulari nihil est sumere: etiā subsumptio fit affirmādo subiectū pns distributū de aliquo i feriori eius qđ nō fit ibi cū minor sit negatiua. ergo ibi nō est bon⁹ sillogism⁹. ¶ Quinto sic: isti duo vltimi modi solū differūt in q̄titatem maioris pmisse τ nō in ɔclusione nec in mō ɔcludēdi: sed q̄titas cū se teneat ex pte materie nō variat speciē: iō ppositio pticularis τ vlis nō differūt spē: g̃ isti duo modi fm speciē nō distinguunt inter se.

Ad argumēta. Ad pmū dicit: ꝙ lꝫ in omni sillogismo ɔclusio debeat eē silis alicui pmissarū in qualitate: non tamē in quātitate sicut potet in darapti: etiā silitudo ppter nō attēdit ex pte q̄titatis: sed equalitatis vel inequtatis. ¶ Ad scdm dr. ꝙ lꝫ fapesmo τ celarēt magis ɔueniāt in quātitate suaꝝ pmissarū q̄ fapesmo τ ferio: tñ pmisse de celarēt nō pñt seq p ɔuersionē ad pmissas de fapesmo: eo ꝙ maior que ē vlis affirmatiua nō pōt ɔuerti simplr in vlēm: sed solū per accidens in pticularē: τ sic ad istas pmissas bñ sequnt premisse quarti modi. ¶ Ad tertiū dr. ꝙ ɔcludendo directe in frisesomoꝝ darent termini in qb⁹ omni τ in qb⁹ nulli: τ silr in fapesmo nūq̄ tñ darent ɔcludēdo idirecte: τ isti modi solū valēt ad ɔcludēdū idirecte. ¶ Ad quartū dr. ꝙ licet in frisesomorum formaliter non fiat subsumptio: tñ ibi bene fit virtualiter inquātū in pmissis eius virtualiter includuntur premisse de ferio que sequunt ad ipsas in qbus fit debita subsumptio. ¶ Ad quintū dicit. ꝙ licꝫ quantitas non variet speciem ppositionis: tñ bene variat speciē sillogismi vel modi eius: qz vna nota q̄titate est alia ordinatio pmissarū in debita q̄litate τ q̄titate: ideo isti duo modi specie abinuicem distinguuntur.

¶ Sequit de secūda figura cuius tales dantur regule. In secūda figura maiori existēte particulari nihil sequit. In secūda figura ex puris affirmatiuis nihil sequit. In secūda figura semper cōcluditur negatiue. Secūda figura quattuor habet modos.

¶ Postq̄ supius. Petrus hispanus determinauit de prima figura. et modis eius. Hic consequenter determinat de secunda figura et de modis eius. Est autem secunda figura qn̄ mediū p̄dicatur in vtraq; p̄missa: et in tali ordine terminoꝝ mediū dicitur p̄mus terminus q2 ponitur supra ambas extremitates cū p̄dicetur de vtraq;. et maior extremitas est secūdus terminus et mediū pōne: q2 ponitur sub medio cū subijcitur in maiore p̄pōne: et supra minorē cū p̄dicatur in ɔclone. Sed minor extremitas est terti⁹ terminus et vltimus positōe: q2 subijcitur medio in minori p̄pōne: et maiori extremitati in ɔclone. Ex quo p3 q̄ mediū in scd̄a figura non est ita pfecte mediū sicut in p̄ma figura: q2 solū h̄ est mediū cōiunctione et nō positōe: et est pfecti⁹ mediū q̄ mediū tertie figure: qd̄ subijcitur vtriq; extremoꝝ. et ide est q̄ mediū p̄me figure valet ad ɔcludēdū vlr et affirmatiue. et mediū scd̄e figure ad ɔcludēdū negatiue: s3 particulariter et vlr. et mediū tertie figure ad ɔcludēdū pticulariter solū affirmatiue vel negatiue. Et p h̄ p3 q̄re ista figura sic ordinatur.

Primo sciendū q̄ p̄pter sillogismos h⁹ figure tres ponuntur regule. Prima est q̄ in scd̄a figura maiore exñte particulari nihil sequitur. Cui⁹ rō est: q2 in secunda figura semp cōcluditur negatiue vt infra dicetur. ḡ si maior eēt particularis ibi argueretur a nō distributo ad distributū ex pte maioris extremitatis. q̄ nō distribueretur in maiore p̄pōne cū esset subm p̄pōnis pticularis: et tñ distribueretur in cōclusiōe: q2 eēt p̄dicatū p̄pōnis negatiue. et sic ex pte ei⁹ argueretur a nō distributo ad distributū. et ide posset contingere q̄ ɔñs eēt falsum antecedēte existente vero. Itē in tali dispōne p̄nt repiri termini in quibus omni. vt aial hō risibile: vt sic arguēdo. quoddā aial nō est hō. omne risibile est hō. cū illis stat hec vlis. omne risibile est aial. termini in quib⁹ nulli: vt aial hō lapis arguēdo vt p̄us. ḡ talis dispositio est inutilis.

Secūdo sciendū q̄ scd̄a regula est q̄ ex puris affirmatiuis in scd̄a figura nihil sequitur. Cuius ratio est: q2 p̄pter vnionē extremitatū in aliquo supiori in quo p̄nt vniri p diuersas ptib⁹ eius nō sequitur vnio extremitatū inter se: vt p̄pter vnionē hoīs et eq in aiali nō sequitur vnio eoꝝ inter se: q2 p̄nt in ipso vniri p diuersas portib⁹ ptātia ei⁹. S3 arguēdo ex puris affirmatiuis in scd̄a figura denotaretur vnio extremoꝝ in suo supiori tm̄. iō in tali vnione ex talib⁹ p̄missis nō sequitur ɔclo. Itē ibi dabiles sunt termini in qbus omni: vt aial hō risibile: et termini in qb⁹ nulli: vt aial hō equus. igr̄ talis dispō est inutilis.

Tertio sciendū est q̄ tertia regula est: q̄ in secunda figura semp ɔcludit negatiue. Cuius rō est: q2 vna p̄missaꝝ in scd̄a figura semp est negatiua: s3 si aliqua p̄missaꝝ sit negatiua ɔclo d3 eē negatiua. iō semp in scd̄a figura cōcluditur negatiue: et ēt pōt in ipsa cōcludi vlr et particulariter. et iō q̄uis in tertia figura cōcludatur affirmatiue et negatiue: tñ q2 ibi cōcluditur solū pticulariter. et difficili⁹ est concludere vlem negatiuā q̄ pticularē affirmatiuā: vt p̄us dcm̄ est: iō nō p̄pter hoc sequitur q̄ tertia figura sit pfectior ista. l3 in ista cōcludatur negatiue solū.

Quarto sciēdū q̄ tm̄ sunt q̄ctuor modi scd̄e figure. Quoꝝ sufficiētia sic habetur: q2 ois modus secūde figure est ordinatio duaꝝ p̄missaꝝ in quibus idē predicatur. vel ergo ambe p̄misse sunt pticulares vel vles: vel maior vlis et minor pticularis vel econtra. Si ambe p̄misse sunt vles: hoc est quadruplr. vel ambe sunt affirmatiue: et sic nihil sequitur p̄pter vnā regulā istius figure. vl ambe negatiue. et sic ēt nihil sequitur. vel maior est negatiua et minor affirmatiua. et sic est cesare. vel cō. et sic est camestres. Si ambe sint pticulares h̄ est q̄druplr. et quocūq; mō disponantur nihil sequitur. Si vō maior sit pticularis et minor vlis pōt eē q̄druplicater: et semp nihil sequitur: q2 maiore exñte pticulari in scd̄a figura nihil sequitur. Si aūt maior sit vlis et minor pticularis h̄ est q̄druplicter: q2 vel ambe sunt affirmatiue: et sic nihil sequitur. vel ambe negatiue: et iteꝝ nihil seqr̄. vel maior est negatiua et minor affirmatiua. et sic est festino. vl cō. et sic est baroco. et p hoc patēt regule scd̄e figure: et nū erus modoꝝ eius in gnāli.

Sed ɔtra p̄dicta arguitur p̄mo sic. mediū qd̄ p̄dicatur de vtroꝝ extremoꝝ perfectius est q̄3 illud qd̄ subijcitur vni et p̄dicatur de alio: q2 p̄dicatū est pfecti⁹ subiecto. ḡ figura in q̄ mediū semp p̄dicatur deberet poni prima. ¶ Scd̄o sic. frisesomoꝝ valet in q̄libet figura vt p̄us dcm̄ ē. et tñ in ipo maior est pticularis. ḡ in scd̄a figura maiore exñte pticulari aliqd seqr̄. ¶ Tertio sic. q̄cūq; vni tertio sunt eadē illa iter se sunt eadē et inter se ɔueniunt: s3 arguēdo ex puris affirmatiuis in scd̄a figura denotatur extrema eē eadē vni tertio. s. medio. ḡ p hoc sequitur q̄ extrema iter se ɔueniūt: et sic ex puris affirmatiuis aliqd sequitur ¶ Quarto sic. bene sequitur in scd̄a figura aliquod aial est sor. aliqs hō est sor. ḡ aliquis hō est aial: et tñ ibi cōcluditur affirmatiue. ergo in secūda figura nō semp ɔcluditur negatiue. ¶ Quinto sic. in cesare et camestres sūt eedē p̄misse. s. vlis affirmatiua et vlis negatiua. sed modi distinguuntur ex pte p̄missarum: iō illi modi nō sunt distincti: et sic non sunt quatuor modi secūde figure.

Ad argumenta. Ad p̄mū istoꝝ dr̄. q̄ l3 mediū qd̄ p̄dicatur vtrobiq; sit pfectius s̄m se illo qd̄ subijcitur et p̄dicatur: tñ nō est pfecti⁹ in rōne medij: iō mediū p̄me figure pfecti⁹ est q̄ mediū scd̄e figure. ¶ Ad 2ᵐ dr̄. q̄ l3 in frisesomoꝝ in scd̄a figura maiore exñte pticulari sequatur aliqd indirecte nō tñ directe. ¶ Ad tertiū dr̄. q̄ q̄cūq; sunt eadē vni tertio et simplr in actu inter se sunt eadē: s3 illa que sunt eadē solū vni tertio supiori et in potētia nō sūt eadē iter se. et arguēdo ex puris affirmatiuis in scd̄a figura denotantur aliq̄ solū esse eadē cum suo supiori i quo ɔueniūt in potētia tm̄. ¶ Ad quartū dr̄. q̄ ibi sequitur aliqd gr̄a materie: eo q̄ mediū est vnū singulare singulr̄ tentū tñ ibi non sequitur aliqd formalr̄ et p sillogismū pfectū. ibi enim est sillogismus expositorius qui bene valet in secūda figura affirmatiue. ¶ Ad qntū dr̄. q̄ l3 in cesare et camestres mālr̄ sint eedē p̄misse: nō tñ sunt eodē modo disposite: et modi distinguuntur ex pte rōnis et dispositionis formalis suarū premissarum: ideo illi modi specie abinuicem distinguuntur.

¶ **Cesare** Primus modus ɔstat ex maiori vniuersali negatiua et minori vniuersali affirmatiua: vlem negatiuam directe concludētibus: vt nullus lapis est aial: ois homo ē aial: ergo nullus homo est lapis. et reducitur ad secūdum modū prime figure maiori ɔuersa simpliciter. ¶ **Camestres** Secundus modus constat ex maiori vlī affirmatiua et minori vniuersali negatiua: vniuersalē negatiuā directe ɔcludentibus: vt ois hō est aial: nullus lapis est aial: ergo nullus lapis est hō. et reducitur ad scd̄m modū prime figure minore et cōclusione cōuersis simplr et p trāspositionē p̄missaꝝ. ¶ **Festino** Tertius modus constat ex maiori vniuersali negatiua: et minori particulari affirmatiua: particularē negatiuā directe cōcludētibus: vt nullus lapis est aial: qdam hō est aial: ergo qdam homo nō est lapis. et reducitur ad quartum mo-

dum prime figure maiori ɔuersa simplr. Baroco. Quartꝰ modus ɔstat ex maiori vniuersali affirmatiua ꝛ minori particulari negatiua: ꝑticularē negatiuā directe ɔcludentibꝰ: vt ois hō est aīal. quidā lapis nō est aīal. ergo quidaꝫ lapis nō est homo. ꝛ reducit̃ ad primū modū prime figure ꝑ impossibile. Reducere aūt per impoſe est ex opposito ɔclusiōis ꝛ altera p̄missarū inferre oppositū alterius p̄misse. Sumat̃. n. oppositum ɔclusionis hic. s. ois lapis est hō: cū maiori huius q̄rti. s. cū ista. ois hō est aīal: sic arguendo: ois hō ē aīal: ois lapis ē hō. ergo ois lapis est aīal. Ista cōclusio opponit̃ minori quarti: ꝛ hoc est reducere ꝑ impoſe.

¶ Postq̄ȝ auctor oñdit superius que est secunda figura. ꝛ que sunt regule eiꝰ ꝛ enumerauit suos modos in cōi. Hic ɔ̃r determinat de ipsis in sp̃ali: ꝛ p̄mo de vniuersalibꝰ ꝑ de ꝑticularibꝰ: ꝛ inter vl'es adhuc p̄mo determinat de cesare dicēs. ꝙ cesare p̄mus modus constat ex vl'i negatiua maiori vl'i affirmatiua minori: vl'em negatiuā ɔcludētibus: ꝛ reducit̃ ad scōm modū p̄me figure maiore de cesare ɔuersa simplr ꝑ quā reductiōeȝ sic ꝓbat̃ ɔn̄tia eius: ꝙ ɔuersa maiore de cesare ad p̄missas sequunt̃ p̄misse d' celarent: ꝛ ad p̄missas de celarent sequit̃ vl'is negatiua. g̃ illa eadē sequit̃ ad p̄missas de cesare: q2 quicq̄d sequitur ad ɔn̄s bone ɔn̄tie sequit̃ ad antecedēs eius. Sȝ ꝑ impossibile reducit̃ cesare ad celarēt capiendo oppositū cōtrariū ɔclusionis cū maiore inferendo ɔtrariū minoris. vel reducit̃ cesare ad ferio capiēdo cōtradictoriū conclusionis cū maiore inferendo cōtradictoriū minoris.

Primo sciēdū ꝙ camestres secūdus modus secūde figure ɔstat ex vl'i affirmatiua maiori: vl'i negatiua minori vl'em negatiuā ɔcludētibus. ꝛ reducit̃ ad celarēt minori ꝛ ɔclusione ɔuersis simpliciter. ꝛ ꝑ transpositiōeȝ p̄missaꝝ. ꝛ ꝑ hoc eodē modo ꝓbatur sicut ɔn̄tia p̄mi modi. Et reducit̃ ad baraꝫ ꝑ impossibile capiēdo oppositū ɔtradictoriū cōclusionis cū maiore inferendo ɔtradictoriū sue minoris. Et etiā ꝑ impossibile capiēdo ɔtrariū ɔclusionis cū maiore pōt inferre cōtrariū sue minoris in barbara ad quā ɔ̃riam iteꝝ sequit̃ ɔtradictoria minoris: vt arguēdo sic in camestres: ois hō est aīal: nullus lapis est aīal. g̃ nullus lapis est hō. ꝛ sic ĩ barbara: ois hō est aīal: ois lapis est hō. g̃ ois lapis est aīal. q̃ est cōtraria p̄me minoris ad quā sequit̃ qdā lapis est aīal.

Secundo sciendū ꝙ festino tertiꝰ modus ɔstat ex vl'i negatiua maiori: ꝑticulari affirmatiua minori: ꝑticularē negatiuā ɔcludentibꝰ. ꝛ reducit̃ ad ferio maiori ɔuersa simplr. vn̄ reducēdo modos scōe figure ad p̄mā ꝑ ɔuersionē opȝ illā p̄missam ɔuerti que fit maior in p̄ma figura. ꝛ nō requirit̃ de minori. Et rō est: q2 in scōa figura medius sem ꝑ p̄dicat̃. iō ad hoc ꝙ subyciat̃ in illa q̃ fit maior in p̄ma figura opȝ illā p̄missaȝ conuerti: ꝛ alia nō oȝ ɔuerti: sȝ oȝ remanere vt mediū p̄dicetur in minori. Sȝ ꝑ impoſe reducit̃ ad celarēt capiendo ɔtradictoriū ɔclōnis de festino cū maiori eius inferēdo oppositū contradictoriū sue minoris in celarēt.

Tertio sciendū ꝙ baroco q̄rtus modus ɔstat ex vl'i affirmatiua maiori: ꝑticlari negatiua minori ꝑticularē negatiuā ɔcludentibus: ꝛ nō reducit̃ ad aliquē modū p̄me figure ꝑ ɔuersionē: q2 vel hoc esset ɔuertendo maiorē q̃ solū ɔuertit̃ ꝑ accñs in particularē: ꝛ tūc ambe p̄misse eēnt ꝑticulares. vel cōuertēdo minorē vel ɔclōnē eius: ꝛ hoc nō: q2 sunt ꝑticulares negatiue modo ꝑticularis negatiua nō ɔuertit̃ in terminis: sȝ ꝑ ɔtrapositionē tm̄ q̃ ɔuersio nō valet ad reductionē sillogismoꝝ: q2 ibi nō manēt idē termini simplr. iō baroco nō pōt probari ꝑ conuersionē. Sȝ ꝓbat̃ ꝑ impoſe capiendo ɔtradictoriū sue ɔclōnis cū maiore inferendo ɔ̃dictoriū minoris in barbara. ꝛ sic reducit̃ ad ꝑ̄m ꝑ impossibile.

Quarto sciendum ꝙ reducere vnū modū ad aliuꝫ ꝑ impossibile est ex opposito conclusionis cū vna p̄missaꝝ inferre oppositū alterius p̄misse. ꝑ quaꝫ reductionē oñdit̃ bonitas ɔn̄tie sillogismi prius facti. ꝑ hoc ꝙ ex opposito consequētis eius infertur oppositum sui antecedētis. ꝛ ad reducendū ꝑ impossibile modos secunde figure ad p̄mā opȝ capere oppositū cōclusionis cū maiore: eo ꝙ idē subycit̃ in maiore ꝛ p̄dicat̃ in ɔclusione. ꝛ etiā in opposito cōclusionis: q2 opposita sunt eiusdē subiecti ꝛ eiusdem p̄dicati: ꝛ illud qđ subycit̃ in maiore ꝛ p̄dicat̃ in opposito cōclusionis est maior extremitas: q̃ fit mediū p̄me figure: ꝛ ꝑ hoc habet̃ dispositio p̄me figure: q̃ habita opȝ videre quales ꝛ quāte sunt maior p̄missa ꝛ oppositū ɔclusiōis ad sciendū ad quē moduȝ p̄me figure fit reductio. ꝛ si velimus reducere modos scōe figure ad tertiā per impossibile: oȝ cape oppositū ɔclusionis cū minori: q2 idē subycit̃ ĩ vtraq3: ꝛ mior oȝ poni loco maioris eo ꝙ in ipsa maior extremitas p̄dicat̃. s. illud qđ erat mediū ĩ secūda figura: ꝛ oȝ iferri oppositū maioris. vn̄ vl'us. Seruat maiorē variatq3 scōa minorē. Tertia maiorē variat suādo miorē. Et habita tali dispōne figure ad sciēdū ad quē modū fit reductio oȝ videre quomō disponunt̃ in q̄litate ꝛ q̄ntitate minor ꝛ oppositū cōclusionis. ꝛ per hoc pn̄t reductiōes modi secūde figure ad modos tertie. ꝛ ꝓbari per ipsos. siquis ɔcedat modos tertie figure ꝛ nō modos scōe: ꝛ per hoc patēt quatuor modi secūde figure.

Sed cōtra p̄dicta arguit̃ p̄mo sic: q2 nō sequit̃. nullū dextrū est sinistruȝ. cuiuslibet hoīs oculus est sinister: g̃ nullꝰ hoīs oculus est dexter. q2 aña pōt esse verū ɔn̄te existēte falso: ꝛ tn̄ ibi arguit̃ in cesare: g̃ in ipso nō est bona ɔsequētia. ¶ Scdo sic, non sequit̃ oē corruptū vel mortuum est nō ens: nullus hō est nō ens: g̃ nullus hō est corruptus vel mortuus. ꝛ tn̄ ibi arguit̃ in camestres: g̃ in ipso nō est formalis ɔn̄tia. ¶ Tertio sic: i camestres mediū nō distribuit̃ ĩ maiore: q2 ē p̄dicatū ꝓpositionis affirmatiue: ꝛ tn̄ distribuit̃ in minore. g̃ ibi arguit̃ a nō distributo ad distributū: ꝛ per ɔn̄s nō ē bona ɔn̄tia. ¶ Quarto sic: nō sequit̃ nullū aīal diu dormit vigilat: qdā hō vigilat: ergo qdā hō nō est aīal: ꝛ tn̄ ibi arguit̃ in festino, ergo. ¶ Quinto sic: nō sequitur ois hō currit: adam nō currit: ergo adam nō est homo: ꝛ tn̄ ibi arguit̃ in baroco: ergo in ipso non est formalis cōsequētia.

Ad argumenta. Ad p̄mū dicit̃. ꝙ in isto sillogismo oculus nō distribuit̃ ĩ minori: ꝛ tn̄ distribuit̃ in ɔclusiōe ꝑ illā regulā ꝙ distributio affirmatiua in obliquo nō distribuit terminū in recto sequētē. Sed distributio negatiua in obliq̃ bñ distribuit rectū sequētē ipsam. iō dicēdo nullꝰ hoīs oculus est dexter: ibi distribuit̃ oculus: ꝛ sic arguit̃ a nō distributo ad distributū: sȝ deberet sic ɔcludi: ergo cuiuslibȝ hoīs oculus nō est dexter: q2 oculus tūc nō distribuit̃. ¶ Ad 2m dr̃. ꝙ ibi arguit̃ a minꝰ ampla ad magis amplū cū distributione magis ampli ex pte hoīs qui in minore solū stat pro p̄sentibꝰ ꝛ in ɔclusione distribuit̃ pro p̄ntibus ꝛ p̄teritis ad quos ampliat̃ per p̄teritū ꝑticipiȝ. ¶ Ad 3m dr̃. ꝙ in illo sillogismo nō arguit̃ ad mediū īferēdo ipm̄ de aliquo vel aliqd de ipo: q2 nō ponit̃ in ɔclusiōe: sȝ solū arguit̃ ad extremitates: iō q̄uis distribuat̃ in scōa p̄missa ꝛ non in prima nō ꝓpter hoc arguit̃ a nō distributo ad distributum.

¶ Ad quartuz dr. q illa. nullū aial dum dormit vigilat. pōt esse tpalis: et sic est vera: sz tūc ex ipsa nō fit sillogism⁹ cathegoricus: vel pōt eē cathegorica et hoc e dupliciter: qz vel illa determiatio dū dormit fert ad subm. et tūc ibi bñ arguit: sz sicut pclusio est falsa. ita et minor: qz sensus est. de quocūqz vez est dicere q est aial dūz dormit. vez est dicere q nō vigilat. et h est falsum. vel pōt ferri ad pdicatū. et sic maior est vera: sz male sumit minor: sz sic dz accipi. qdā hō vigilat dū dormit: qz illa determiatio dū dormit ponebat ad mediū in maiore pmissa. et sic minor erit falsa sic pclo. ¶ Ad 5m dr. q hō in maiori solū distribuit p pūtib⁹ ad quos restrigit p hoc vbū currit. et in pclone distribuit tā p pūtib⁹ qz nō pūtib⁹. ideo ibi nō bene arguit.

¶ Sequit de tertia figura. Cui⁹ tales dant regule. In tertia figura minori existēte negatiua nihil sequit. In tertia figura pclusio debz esse pticularis. Tertia figura sex hz modos.

¶ Postq auctor determinauit de duab⁹ figuris. s. de prima et secūda. Hic pñter determinat de tertia ppter causam pus dictā: et est tertia figura ordinatio triū terminoruz in qua mediū subycit vtriqz extremoz: et in tali ordinatiōe mediū est vltimus terminus positōe eo q subycitur vtriqz extremitati et fm ratione subiectū est posteri⁹ pdicato: sz minor extremitas est mediū positōe: qz ponit supra mediū cū de ipa pdicet in minori: et sub maiori extremitate cū subyciat in pclone. Maior vo extremitas est prius termin⁹ pōne: qz ponit supra mediū cū pdicat in maiore: et supra minorē extremitatē cū pdicat in pclone. et p hoc pz qualiter ordinant termini in tertia figura.

Primo sciēdū q p sillogismis tertie figure ponuntur due regule quaz prima est: q in tertia figura minore existēte negatiua nihil sequit. Cui⁹ rō est: qz si minor esset negatiua oporteret maiorē esse affirmatiuā: qz ex puris negatiuis nihil sequit: et pclonē eē negatiuā: qz si aliq pmissaz fuerit negatiua pclo erit negatiua. g maior extremitas nō distribueret in maiore cū eēt pdicatū ppōnis affirmatiue: et tñ distribueret in pclone cuz esset pdicatū ppōnis negatiue. g ibi arguerer a nō distributo ad distributū: q ratione antecedēs pōt esse vez pñte existēte falso. Et ēt ibi eēnt repibiles termini in qb⁹ omni: vt aial hō equus arguēdo sic ois hō est aial: nullus hō est equ⁹: cū quib⁹ stat ista de omni. ois equus est aial. Et ēt termini i quib⁹ nulli: vt aial homo lapis: sic arguēdo: ois homo est aial: nullus homo est lapis. cū istis pmissis stat ista de nullo nullus lapis est aial. g ista cōbinatio. in qua ponit minor negatiua i tertia figura est inutilis. et hec est gnalis pbatio ad ondēdū cōbinatōes inutiles nihil pcludere.

Secundo sciēdū q termini in quib⁹ omni dicunt tres termini ex qbus in aliq cōbinatiōe fiūt due pmisse: cū qbus stat in vitate vna vlis affirmatiua cōposita ex extremitatib⁹ illaz pmissaz. Sz termini in qb⁹ nulli sunt tres termini ex qb⁹ in aliq cōbinatiōe disponunt due pmisse vere cū qbus stat in vitate vna vlis negatiua cōposita ex extremis illaz pmissaz: sicut pz in reptōe iam facta terminoz in qbus omni et in qbus nulli. et ad faciliter repiendū eos ad qlibet cōbinatiōez inutilē ponunt tres regule. Prima est q accipiēdi sunt duo termini dispati cū suo supiore: vt due spēs cū suo genere: vt homo asin⁹ aial. Scda regula est q accipiēdi sunt duo termini de se adinucē vificabiles siue puertibilr siue nō cū extraneo ad vtrūqz: vt hō risibile lapis: vel hō aial lapis. Tertia regula ē q accipiēdi sunt duo termini de se inucē vificabiles siue puertibilr siue non cū supiore ad vtrūqz vt hō risibile suba: vel hō aial suba: et p has tres regulas cuicūqz pdicamto applicent faciliter repient termini in quib⁹ omni et in quib⁹ nulli ad qlibz cōbinatōez inutilē.

Tertio sciēdū q cōbinatio in q simul repiunt termini in qbus omni et in qbus nulli nō infert formaliter aliqz cōclusionē. qd sic pbat: qz si dicat q in tali cōbinatōe sequit aliq pclusio formalr: vt puta vlis affirmatiua in terminis in quib⁹ omni arguit sic. Quicqd sequit formalr in aliqua dispōne semp sequit in omnibus terminis. g si sequat in tali cōbinatiōe vlis affirmatiua pclusio p aduersariū: tunc illa sequit in oibus alijs terminis in tali dispōne. g illa sequit acceptis terminis in quibus nulli: et vltra in illa cōbinatione antecedēs est verū. ergo pñs est verū. qz ex vo non sequit nisi verū. g in terminis in quib⁹ nulli vniuersalis affirmatiua cōclusio stabit in veritate cuz duab⁹ pmissis: et ēt vlis negatiua de nullo facta ex eisdē terminis: et ille due erūt cōtrarie. ergo due ptrarie ex qbus sequunt due pdictorie stabunt simul in vitate: qd est impole. Et sic diceret aliquis ad ptrarium: qui diceret combinationē valere in qua reperiunt simul termini in quibus omni et in quibus nulli.

Quarto sciēdū q secunda regula est q in tertia figura nō pcluditur nisi porticulariter. Cui⁹ ratio est: qz si ibi cōcluderet vniuersaliter argueret a nō distributo ad distributuz ex parte minoris extremitatis que nūqz distribueret in miorē pmissaz cū sit pdicatū positionis affirmatiue: qz oportet semp minorē esse affirmatiuā: vt dictū est. et tñ distribueret in pclusiōe cū esset subiectū ppōnis vniuersalis. Itē supiora vniunt inferiori pticulariter tm̄ et nō vniuersalr: sz mediū tertie figure inferi⁹ ad ambas extremitates: g extremitates p ipm solū vniunt pticulr et ex tali medio nō pōt pcludi vniuersaliter.

Sed cōtra pdicta arguit primo sic. Frustra fit per plura qd pōt fieri per pauciora. Sz quelibet pclusio sufficiēter pcludi pōt per primā et secūdā figuras: ergo tertia figura supfluit. et nō est ponēda. ¶ Secūdo sic: omne mediū alicui⁹ sillogismi est vniuniū extremotū eius: sz illud qd subycit vtriqz extremoz non est vnitiuū respectu ipsoz: qz se hz p modū materie et materia nō est vnitiua: sz vnit p formā: ergo male dr q mediū tertie figure subycit vtriqz extremoz. ¶ Tertio sic: pmisse iferētes aliquā pclusionē trāsposite adhuc iferunt illā pclusionē: ergo pmisse de felapton trāsposite iferunt pñt pticularē negatiuā: ergo minore existēte negatiua in tertia figura aliqd sequit. ¶ Quarto sic. bñ sequit: oē rōnale currit: oē rōnale est hō: ergo ois hō currit: qz ex opposito pñtis sequit oppositū antecedētis: ergo in tertia figura pōt cōcludi vniuersaliter. ¶ Quinto sic: in omni modo sillogismi pōt esse vniuersalis affirmatiua conclusio et vniuersalis negatiua ergo i omni modo sunt repibiles termini in quibus omni et in quibus nulli: et tamē non est combinatio inutilis: ergo non omnis combinatio in qua possunt reperiri tales termini est inutilis.

Ad argumenta. Ad pmū dr: q lz qlibet pclusio in specie posset sufficiēter pcludi in pma figura et scda: nō tñ oibus modis qb⁹ quelibet pclusio pcludi pōt ideo ille figure sufficiūt qtū ad numerū pclusionū: sed nō qtū ad numerū modoz pcludendi. ¶ Ad scdm dr. q lz iferius in eo q subycit extremis hēat modū materie: nō tñ inqntū vnit et ptinet sua supiora in se actualiter: sz se habet p modū toti⁹ respectu ipsoz: et sic per modū forme: et hoc modo bñ est vnitiuum suoz extremoz que sunt supiora ipsi⁹ lz pticularit tm̄. ¶ Ad tertiū dicit. q licet premisse de felapton trāsposite inferāt pticularem negatiuā cōclusionē indirecte: nō tñ directe: et hoc modo intelligit illa maior. q oēs pmisse iferētes aliquā pclusionē qñ trāsponunt iferūt eādē directe. ¶ Ad quartū dr. q lz ibi sequat pclusio vniuersalis

lis gratia mãe nõ tamen formaliter: q2 nõ tenet in oĩbus terminis cõsimili forma arguendi retẽta. ¶ Ad qntum dicitur. ꝙ licet in quolibet modo ex extremis sillogismi facti possu fieri vlis affirmatia ꝛ vlis negatiua tñ ille nõ stabũt sil'in veritate cũ ꝑmissis cõpositis ex eisdẽ terminis. ꝛ hoc requirit ad terminos in qb⁹ oi ꝛ in qbus nulli.

¶ Darapti Primus modus cõstat ex vli affirmatiua maiori ꝛ vli affirmatiua minori: particularẽ affirmatiuaz directe cõcludentibus: vt ois homo est substãtia: ois homo est aial: ergo quoddã aial est substãtia. ꝛ reducit ad tertiũ modũ prime figure minori cõuersa ꝑ accidẽs. ¶ Felapton Scd̃s modus cõstat ex vli negatiua maiori: ꝛ vli affirmatiua minori particularẽ negatiuã directe cõcludẽtibus: vt nullus homo est lapis: ois homo ẽ aial. ergo quoddã aial nõ est lapis. ꝛ reducit ad quartũ modũ prime figure minori cõuersa ꝑ accñs.

¶ Postq̃ auctor oñdit que est tertia figura ꝛ posuit regulas eius: hic ɔñr determinat de modis ipsius ꝛ anteq̃ in spãli de ipsis determinet enumerat eos in gnãli dicens ꝙ tertia figura sex habz modos. s. darapti: felapton: disamis. datisi: bocardo: ferison: quoꝝ sic habet̃ sufficiẽtia: q2 ois modus tertie figure est ordinatio duarũ ꝑmissarũ in qbus mediũ semꝑ subijcit̃: vel ergo ambe ꝑmisse sunt vles: vel ambe ꝑticulares. vel maior vlis ꝛ minor ꝑticularis: ꝛ eõ. Si ambe sint vles hoc ẽ q̃druplr̃ vel ambe sunt affirmatiue: ꝛ sic ẽ darapti. vel ãbe negatiue. ꝛ sic nihil seqt̃: vel maior est affirmatiua ꝛ mior negatiua. ꝛ sic iteꝝ nihil sequitur ꝑpter ꝑmã regulã huius figure: vel eõ maior est negatiua ꝛ minor affirmatiua: ꝛ sic est felapton. Sz si ambe sint ꝑticulares hoc põt esse quadruplr̃: ꝛ quocũq3 modo disponant̃ nihil seqtur. Si vo maior sit vlis ꝛ minor ꝑticularis hoc est quadruplr̃: vel ambe sunt affirmatiue ꝛ tunc est datisi: vel ambe negatiue ꝛ tũc nihil seqtur. vel maior affirmatiua ꝛ minor negatiua. ꝛ iteꝝ nihil sequitur: vel eõ maior negatiua ꝛ minor affirmatiua: ꝛ sic est ferison. Si vo maior sit ꝑticularis ꝛ minor vlis hoc est quadruplr̃: q2 vel ambe sunt affirmatiue: ꝛ sic est disamis: vl' ambe negatiue: ꝛ sic nihil seqtur: vel maior affirmatiua ꝛ minor negatiua ꝛ sic iteꝝ nihil seqtur: vel eõ maior negatiua ꝛ minor affirmatiua: ꝛ sic est bocardo: ꝛ sic in tertia figura sunt sexdeciz combinatiões: quaꝝ decem sunt inutiles: ꝛ sex vtiles. ꝛ ꝑ ɔñs tm̃ sunt sex modi eius.

Primo sciendũ ꝙ darapti ꝑmus modus cõstat ex duab⁹ vlibus affirmatiuis ꝑticularẽ affirmatiuã cõcludentibus. ꝛ põt iste modus triplr̃ ꝑbari. s. ꝑ cõuersionẽ: ꝑ ipossibile ꝑ sillogismũ expositoriũ. vnde ꝑ cõuersionẽ ꝑbatur ipm reducẽdo ad darij: q2 minore de darapti cõuersa ꝑ accidẽs ad premissas eius sequunt̃ premisse de darij: ꝛ ad illas premissas seqtur ɔclusio ꝑticularis affirmatiua. ergo eadẽ seqtur ad premissas de darapti. ꝛ ꝑ ipossibile ꝑbatur reducendo ipm ad celarent capiẽdo ɔtradictoriũ ɔclusionis eius ꝑ maiore ꝛ minorẽ loco minoris: iferendo ɔ̃riũ maioris in celarent ꝛ ex ɔñti ɔ̃dictoriũ. potest etiam reduci ad cesare capiẽdo ɔdictoriũ sue ɔclusionis ꝑ maiore: ꝛ maiorẽ ꝑ minore iferendo cõtrariũ minoris. Sz ꝑ sillogismũ expositoriũ sic ꝑbatur. q2 si iste ꝑmisse sunt vere: omnis homo est aial: ois hõ ẽ risibilis: de aliquo singulari hoĩe verificabunt̃ aial ꝛ risibile: signet̃ ergo illud singulare: ꝛ sit sortes. Tunc arguitur sic expositorie. sortes est animal: sortes est risibilis. ergo quoddam risibile est animal. Iste premisse singulares sequuntur ad premissas de darapti: ꝛ ad istas ꝑmissas singulares sequitur particularis affirmatiua cõclusio. ergo eadẽ sequitur in darapti. q2 quicqd sequitur ad ɔñs bone ɔsequentie sequitur ad antecedens eius.

Secundo sciendũ ꝙ sillogismus expositorius est cuius mediũ est singulare singulariter tantũ: ꝛ de ipso nõ determinat auctor: q2 talis deductio ẽ sꝫ sensuz manifesta: ꝛ valet sillogismus expositori⁹ affirmatiuus in q̃libet figura: sꝫ negatiuus nõ valet in scd̃a figura: q2 vel maior eẽt affirmatiua vel mior: ꝛ vtroq3 modo cõclusio esset negatiua: ꝛ sic cũ maior esset ꝑticularis semꝑ argueret̃ a nõ distributo ad distributũ ex ꝑte maioris extremitatis: q̃ non distribueret̃ in maiore ꝛ tñ distribueret̃ in ɔclusiõe vt dicẽdo sic: quoddã aial nõ ẽ sortes: qdã homo ẽ sortes. ergo quidã homo nõ est aial. sꝫ talis sillogismus negatiuus valet in ꝑma figura ꝛ in tertia posita maiore negatiua ꝛ miore affirmatiua. vt posset videri ꝑ exẽpla. sꝫ nõ valz eõ posita miore negatiua: q2 tũc argueret̃ a nõ distributo ad distributũ ex ꝑte maioris extremi.

Tertio sciendũ ꝙ felapton secũdus modus cõstat ex maiori vniuersali negatiua: miori vniuersali affirmatiua particularem negatiuaz concludẽtibus. ꝛ reducit̃ ad ferio minore cõuersa ꝑ accñs: ꝛ ꝑ hoc põt ꝑbari ɔñtia eius sicut ꝑbata fuit in ꝑmo mõ. ꝛ ꝑ ipossibile reducit̃ ad barbara capiẽdo cõtradictoriũ sue cõclusionis ꝑ maiore seruãdo minorẽ ꝛ iferendo oppositũ ɔ̃riũ maioris: ꝛ ex ɔñti cõtradictoriũ. põt etiã reduci ad camestres in secũda figura capiendo ɔdictoriũ cõclusionis ꝑ maiore ꝛ maiorẽ ꝑ minore iferendo oppositũ ɔ̃riũ minoris: ꝛ ex cõsequẽti cõtradictoriũ. põt etiã ꝑbari iste sillogismus per sillogismũ expositoriũ capiendo vnũ singulare sub medio ei⁹ de quo neget̃ maior extremitas: ꝛ affirmet̃ minor: ꝛ deinde inferat̃ ꝑticularis negatiua cõclusio sicut factũ est in darapti de particulari affirmatiua.

Sed contra predicta arguit p̄mo sic: nullus terminus claudit termino vel terminis: sz figura est termin⁹ q̄titatis. ergo figura nō claudit termino vel termis. ¶ Scđo sic. in circulo nll's ē terminus in actu: sz sūt ifiniti termini in potētia: qr i linea circulari fm potētiā sūt ifinita pūcta. ergo male dr̄ q circulus claudit vno termino tm̄. ¶ Tertio sic. sic est terminatio dictiōis ita ē terminatio orōnis: sz nulla ē fallacia figure orōnis. ergo nulla dz poni fallacia figure dictiōis. ¶ Quarto sic. res vni⁹ p̄dicamēti nūq3 mutat in rē alteri⁹ p̄dicamēti: sicut suba nūq3 mutat in accn̄s nec eē. ergo male dr̄ in scđo mō q res vnius p̄dicamēti mutat in rem alteri⁹ predicamenti. ¶ Quinto sic. deceptio q̄ puenit ex pte significatoꝝ alicui⁹ dictiōis puenit ex pte rei. ergo ē fallacia extra dictionē: et nō sit ibi deceptio in ista fallacia. ergo male ponitur tertius modus huius fallacie.

Ad argumenta. Ad p̄mūz dr̄. q figura mat'r capta p quantitate figurata nō ē termin⁹ respectu q̄litatis terminātis ipam: sz sit termin⁹ respectu mãe: sed figura capta formal'r pro q̄litate q̄ est terminatio q̄titatis bene ē termin⁹: sed hic p̄mo mō accipit figura. ¶ Ad scđz dr̄. q lz linea circularis nō claudat aliquo termino. qr in se ē terminata: tn̄ circulus q est supficies rotūda iclusa in linea circulari bn̄ claudit vno termīo. s. linea circulari q̄ est circūferētia ei⁹. ¶ Ad tertiū dr̄. q orō nō hz p̄mo et p se figurā vel termiatiōez: sed solū ex q̄nte p suas dictiōes: iō nō ponit fallacia figure orōnis alia a fallacia figure dictiōis. ¶ Ad q̄rtū dr̄. q res vni⁹ p̄dicamēti: nō pōt fm suā eēntiā mutari in rē alteri⁹ p̄dicamēti: sz bn̄ fm subsumptionez: qn̄. s. sub signo distributiuo dz sumi res vni⁹ p̄dicamēti: et sumit res alterius p̄dicamēti. ¶ Ad q̄ntū dr̄. q si q̄siderent significata dictionū fm se et in rōne reꝝ: sic ab ipsis sumunt fallacie ex dictiōez: sz si q̄siderent in q̄tū p significata puenit

similitudo dictionū hñ possunt causare fallaciā ī dictiōe: ꝛ h̄ mō fit in ista fallacia. Nō eni est incōueniēs ꝙ ƺm diuersas cās apparētie sint ī eodē palogismo diuerse fallacie. vnde omnes paralogismi huius fallacie aliquo mō peccāt penes fallaciā accidentis licz nō rōne cause apparentie huius fallacie: ꝛ hec de fallacijs dictionum.

¶ Seqt̄ de fallacijs extra dictionē q̄ sūt septez s. accñs: ƺ qd ad simpl'r: ignoratia elēchi: petitio pricipij: ɔñs: nō cā vt cā: ƺm plures interrogatiōes vt vnā. Differūt āt iste fallacie a fallacijs in dictiōe: qꝛ fallacie in dictiōe habēt cāz apparētie ex pte vocis. ƺ fallacie extra dictionē hñt cāz apparētie ꝛ defect' ex pte rei: ꝛ nō ex pte vocis. Et pp hoc dicunt̄ extra dictionē.

¶ Postq̄ auctor determinauit de fallacijs in dictiōe. Hic ɔ̄ñr determīat de fallacijs ex̄ dictionē. Cui' ordis rō est: qꝛ fallacie iter se ordinant̄ ƺ ꝙ hñt maiorē vel minorē cāz apparētie. Sz fallacie in dictiōe hñt maiorē cāz apparētie q̄ fallacie ex̄ dictionē: ꝛ magl ppe ꝛ facili' pñt cāre deceptionē rñdētis: qꝛ magis ppe ꝛ facili' pñt cāri deceptiones rñdētis pp multiplicitatē dictionis vel orōnis si ignoret ipsaz q̄ pp diuersas hitudies reꝝ: mō fallacie in dictiōe causant deceptionē ƺ voces: fallacie vō ex̄ dictionē causant dceptionē ex pte reꝝ. Sz ī disputatiōe voces pcedūt res: q̄ mediātib' vocib' ī disputatione accipiunt̄.

Primo sciendū ꝙ fallacia in dictione ꝛ fallacia ex̄ dictionē iter se ɔueniūt ꝛ differūt. Uñ ɔueniūt ī h̄ qꝛ oēs hñt cāz defect' ex pte rei. Sz differūt tripl'r. Primo qꝛ fallacie in dictione sumūt cām apparētie ex pte vocis significatiue. s. dictiōis vel orōnis multiplicis. Fallacie vō ex̄ dictionē sumunt cāz apparētie ex pte rei significate p vocē. vñ ƺ diuersas hitudines reꝝ que a rñdēte ignorant̄ pōt sumi cā apparētie: ꝛ ēt cā defect' fallacie ex̄ dictionē. Scđo differūt ī mō decipiēdi: qꝛ fallacie in dictiōe magis decipiūt hoiem cū alijs disputādo q̄ p seipm ɔsiderādo: qꝛ hō p se ɔsiderās nō ignorat multiplicitatē dictiōis vel orōnis qñ capit eā equoce. Fallacie vō ex̄ dictionē magis decipiūt hoiez p seipm ɔsiderādo. qñ hō ignorat hitudies reꝝ ꝛ p seipm sillogizādo decipit seipm. Tertio differūt q̄tū ad solutiōes suoꝝ paralogismoꝝ: qꝛ oēs paralogismi fallaciaꝝ in dictiōe debēt solui p distictionē alic' pmissaꝝ: excepta tñ fallacia figure dictiōis in q̄ soluunt̄ p iteremptionē ɔñtie. ƺ in oībus fallacijs ex̄ dictionē oēs soluunt̄ p iteremptionē vel ɔñtie vel pmissaꝝ. vñ in oīb' istis soluunt̄ negādo ɔñtiā: nisi in fallacia petitiōis pncipij vbi soluunt̄ negādo añs.

Secundo sciendū ꝙ solō paralogismi est manifestatio sillogismi falsi. Et diuidit̄ p solōnem rectam: ꝛ per solonem apparentem. Apparens solutio est manifestatio sillogismi falsi non ostendendo propter quid est falsus: vt si negetur ɔñtia sillogismi dicēdo in generali ꝙ ibi est fallacia accidētis: nō ostēdēdo in speciali causam ppter quam ibi cōmittitur fallacia. Sed solutio recta est manifestatio sillogismi falsi ostēdēdo propter quid est falsus, vt qui ostēdit in speciali in aliquo paralogismo propter quid est aliqua fallacia. Et quia sillogismus potest dici falsus dupliciter. s. ƺm premissas quādo aliqua premissarū est falsa. ꝛ ƺm illationem quādo ē sillogismus peccans in forma: ideo dupl'r potest fieri solutio que est manifestatio sillogismi falsi. s. ostēdēdo falsitatem premissarum aut defectum ɔñtie.

Tertio sciendū ꝙ pus q̄ auctor in spāli determinet de fallacijs extra dictionē primo enumerat ipsas in gnāli dicēs ꝙ sunt septē. s. accñs. ƺ qd ad simpl'r ignorātia elenchi: petitio pncipij: ɔñs: nō cā vt cā: ꝛ ƺ plures īterrogatiōes vt vnā. Quaꝝ sic habet̄ sufficientia: qꝛ oīs fallacia extra dictionē peccat ɔ̄ elēchuz. vel ꝙ̄ peccat in ꝑbatiōe: ꝛ sic est petitio pncipij. vel in illatiōe: ꝛ hoc est dupl'r. vel in ea ē apparēter ɔñtia sillogismi: vel entimematis. Si pmū h̄ ē dupl'r. vel est ibi apparētia ɔñtis sill'i ostensiui: ꝛ sic est accñs. vel sillogismi ad ipossibile: ꝛ sic ē fallacia nō cause vt cause. Si vō sit apparēter ɔñtia ꝛ habitudo localis h̄ est q̄drupl'r. vel ibi est apparēter locus a pte in mō ad suū totū: ꝛ sic est fallacia ƺ qd ad simpl'r. vl' hitudo partiū itegraliū sil' sumptarū ad suū totū: ꝛ sic est ignorātia elenchi. vel est ibi hitudo cōuertibiliū: ꝛ sic est fallacia ɔñtis: vbi credit̄ ɔuertibilitas añtis ꝛ ɔñtis: eo ꝙ vnū seqt̄ur ad aliud. vel ibi est hitudo toti' integralis ad suā partē apparēter tñ: ꝛ sic est fallacia ƺm plures interrogationes vt vnam.

Quarto sciēdū ꝙ al'r ex pte reꝝ ꝛ entis diuisionū pt sumi nūer' fallaciaꝝ ex̄ dictionē: eo ꝙ sumūt cāz apparētie ex pte rei ƺ diuersas hitudies ptiū entis. nō ƺ plēs diuisiōes entis pūt distingui adinuicez. vñ pma diuisio est q̄ ens diuidit̄ in subāz ꝛ accñs: ƺ quā accipit̄ ibi fallacia accñtis. Alia ē diuisio entis penes pfectū ꝛ iperfectū: ꝛ ƺ ɔuenictiā mēbroꝝ ei' sumit̄ fallacia ƺm qd ad simpl'r. Tertia diuisio ē p oppositū ꝛ nō oppositū: ƺ quā sumit̄ ignorātia elēchi. Quarta diuisio ē p idez ꝛ diuersū: ƺ quā sumit̄ petitio pncipij. Quinta est penes pus ꝛ posteri' ƺ quā sumit̄ fallacia ɔñtis. Sexta ē penes cām ꝛ effectū siue nō cām: ƺm quā sumit̄ nō cā vt cā. Septima diuisio entis ē p vnū ꝛ multa: ƺm quā sumit̄ fallacia ƺ plēs iterrogatiōes vt vnā. Et qꝛ iter istas fallacias maior est idoneitas decipiēdi ꝛ cā apparentie in fallacia accñtis q̄ in alijs ideo de ipsa ē pus determinandū. Ex qb' pz ordo ꝛ drña fallaciaꝝ extra dictionē a fallacijs ī dictione: ꝛ etiā pz numerus ꝛ ordo eaꝝ inter se.

Contra predicta arguit̄ p̊ sic. fallacie ex̄ dictiōez cānt̄ a reb': ꝛ fallacie in dictiōe cānt̄ a dictiōib': ƺ res pcedūt dictiōes cū sint cāe eaꝝ. ꝙ̄ fallacie ex̄ dictionē debēt pcedere fallacias in dictiōe. ¶ 2° sic. fallacia solū cāt deceptiōez ī disputatiōe litigiosa: ƺ nll's p se ɔsiderādo fac̄ sibiipsi disputatiōz litigiosaz. ꝙ̄ male dcm̄ ē ꝙ fallacie ex̄ dictionē decipiūt hoiez p seipm ɔsiderādo. ¶ 3° sic. oēs paralogismi peccātes in forma debēt solui p distinctionē: vt dr̄ in 2° elēchoꝝ. ꝙ̄ paralogismi ex̄ dictionē cū sint peccātes in forma debēt solui p distictiōez: ꝛ nō p negatiōez: sic pus dcm̄ ē. ¶ Quarto sic. fallacia ɔñtis ē ps fallacie accñtis: qꝛ vbicūqꝫ ē ɔñs ibi ē accñs: ƺ ps nō distiguit̄ ɔ̄ suū totuz. ꝙ̄ ille due fallacie nō distiguunt̄ iter se: nec sunt septē fallacie ex̄ dictiōez. ¶ 5° sic. illa fallacia ē pma iter fallacias extra dictionez q̄ magis peccat ɔ̄ elenchū: ƺ ignorātia elenchi magis peccat ɔ̄ elenchuz oibus alijs. ergo ipsa est prima inter oēs fallacias extra dictionem: ꝛ nō fallacia accidentis.

Ad argumenta. Ad pmuz dr̄ ꝙ lz res ordine nāe pcedāt dictiōes ꝛ ƺm se: nō tñ pcedūt ƺ ꝙ cadūt in disputatiōe litigiosa: ƺ magis sequunt̄: ideo nō oz fallacias extra dictionē pcedere alias. ¶ Ad 2m dr̄. ꝙ lz hō nō faciat scienter sibiipsi disputatiōez litigiosā: tñ ignorāter pt sibiipsi facere disputatiōez sophisticā ꝛ seipm decipe arguēdo ꝛ rñdēdo sibiipsi: nō ad tale icōueniēs euitādū optimū ē cogscere fallacias ex̄ dictionē: ne hō p suā argumētationez ɔducat seipm in errorem. ¶ Ad 3m dr̄. ꝙ lz paralogismi fallaciaꝝ ex̄ dictiōez possint solui p distictionē diuersaꝝ habitudinū eiusdē rei: tñ nō p distictionē alicui' ppōnis multiplicis: de q̄ itelligit̄ ꝙ nō hūt solui p disiunctionē: ꝛ de distinctione gnal'r capta p distinctiōe reꝝ ꝛ vocū multiplicium itelligit̄ dictū Ari.

s. 2° elenchorum. ¶ Ad 4m dicitur quod licet consequentia sit pars accidentalis et materialis accidentis: eo quod in omnibus paralogismis fallacie consequentis reperitur esse fallacia accidentis sed aliam causam apparentie et non econtra: quia in aliquibus est accidens ubi tamen non est consequens: tamen fallacia consequentis non est pars formalis accidentis: sed est ab ipsa formaliter distincta.
¶ Ad 5m dicitur quod negatur maior: quia iste fallacie non ordinantur inter se secundum quod magis peccant vel deficiunt contra elenchum: et secundum suas causas defectus sed ordinantur secundum suas causas apparentie ut dictum est.

¶ Inter has primo dicendum est de fallacia accidentis. Unde accidens prout hic sumitur idem est quod extraneum in parte idem et in parte diversum: ut hic: homo est species: sortes est homo. ergo sortes est species. homo enim est in parte idem cum specie. scilicet cum sumitur pro re universali: et in parte est diversum a specie. scilicet quando sumitur pro supposito. Notandum quod in ista fallacia accidentis sunt ista tria. scilicet accidens: res subiecta: et attributum. Exemplum ut homo est species; sortes est homo. ergo sortes est species. hoc medium homo est res subiecta: et minor extremitas est accidens: et maior extremitas attributum. Causa apparentie est convenientia aliquorum duorum in aliquo tertio secundum partem sive est partialis identitatis aliquorum duorum. Causa defectus est diversitas eorundem. Huius fallacie tres sunt modi. Primus provenit ex eo quod aliquid vere predicatur de aliquo subiecto. et propter hoc creditur vere dici de accidente eius a quo est diversum. Vel quando aliquid primo attribuitur rei subiecte in premissis. et postea attribuitur eius accidenti in conclusione: ut hic. homo est species: sortes est homo. ergo sortes est species. Dicendum quod non valet: quia ille terminus species qui est attributum assignatur inesse sorti qui est accidens eo quod dicitur de homine quod est res subiecta. Similiter hic: animal est genus: homo est animal. ergo homo est genus. Similiter hic: omne es est naturale: statua est es. ergo statua est naturalis: non sequitur: quia naturale vere predicatur de ere: et propter hoc attribuitur in conclusione statue quod non fit vere. Similiter hic. cognosco choriscum: choriscus est veniens. ergo cognosco venientem. Dicendum quod non oportet quod si cognoscas choriscum secundum se quod propter hoc cognoscas ipsum sub illo accidente quod est veniens ¶ Secundus modus provenit ex particulari identitate aliquorum duorum in aliquo tertio: Vel quando aliquod commune predicatur de aliquibus duobus cum quibus est in parte idem et in parte diversum. et propter hoc illa duo creduntur esse eadem inter se: ut hic: sortes est homo: plato est homo. ergo sortes est plato. Similiter hic: homo est animal: equus est animal. ergo equus est homo. ¶ Dicendum quod non oportet quod si aliqua duo conveniant in aliquo tertio quod propter hoc conveniant inter se. ¶ Tertius modus provenit quando ex duobus aliquibus divisim sumptis male infertur aliquod coniunctum secundum accidens: ut iste lapis est albus et est monachus. ergo est albus monachus. Similiter hic: iste canis est pater et est tuus. ergo est pater tuus. non sequitur: quia licet illa conveniant in aliquibus secundum partem: tamen secundum aliam partem differunt. ¶ Et sciendum quod non licet inferre ex divisis coniunctum: ut habetur secundo perihermenias. quando diversa accidentia sibiinvicem per accidens convenientia: sicut album esse monachum. similiter quando duo predicantur quorum secundum intelligitur in primo: ut universale in suo speciali: ut iste homo et est animal. ergo homo est animal. quia animal intelligitur in homine sicut album in homine albo. Sed in omnibus aliis licet ex divisis inferre coniunctum. Unde notandum quod quando aliqua duo accidentia predicantur de aliquo quorum primum in subiecto est per alterum et non per se. et ex talibus divisim captis non licet inferre coniunctum vel econtra: ut iste est albus et est monachus. ergo est albus monachus. Nam albedo non est in subiecto secundum se sed secundum habitum. similiter ex coniunctis non licet inferre divisum quando ista que coniungitur diminuit de ratione alterius: ut ille homo est mortuus. ergo est homo et mortuus. In omnibus autem aliis licet ex coniunctis inferre divisum: sed illud ultimum argumentum facit fallaciam secundum quid ad simpliciter. Accidens sic diffinitur ab Aristotele. Accidens est quod est extraneum in parte idem et in parte diversum: secundum accidens fiunt paralogismi quando idem similiter fuerit assignatum inesse rei subiecte et accidenti: ut homo est species: sortes est homo. ergo sortes est species: homo enim secundum quod sibi convenit esse speciem aliter capitur a modo per quem convenit sorti et platoni: quia convenit ei esse speciem: ut est essentia quedam communis predicabilis de pluribus: et prout est in pluribus sic est in sorte et platone: et sic est sortes accidens: homo vero res subiecta: et species significatur utrisque inesse. Unde accidens non sumitur hic ut diffinitur a Porphirio: sed ut dictum est.

¶ Postquam auctor determinavit de fallaciis extra dictionem enumerando ipsas in generali. Hic consequenter in speciali determinat de ipsis. et primo de fallacia accidentis que efficacior est inter omnes fallacias ad decipiendum ratione cuius sic primo diffinit accidens. Accidens est quod est extraneum rei. in parte idem et in parte diversum ab illo. Accidens autem tripliciter capitur. Uno modo pro illo quod dicit absolute naturam accidentis ut dividitur contra substantiam: et sic non capitur hic. Alio modo sumitur magis communiter pro omni illo quod advenit rei et est extra essentiam eius et intellectum: et hoc modo inferius dicitur accidere suo superiori: et istis duobus modis non sumitur

hic accñs. Tertio modo accipit accñs cōiter p illo qđ est
exnez alteri inq̃tum stat sub aliquo tertio. τ h̃ mō nan
salū īferius accidit supiori: sz supius inferiori: vt si sortes
capiat sub isto attributo idiuiduū hō accidit sorti: qz est
sibi extraneus inq̃tuz sorti cōuenit itentio indiuidui. hō
eni ptim differt cū sorte: iō p h̃ dr̃ sibi accñs: τ p tali acci-
dēti daī ista diffinitia: τ ab ipsa sumit fallacia accñtis.

Primo sciendū q̧ in fallacia accñtis semp tria req
rūt. s. attributū: res subta: τ accñs. Attribu
tū est maior extremitas q̃ in pmissis p̃mo atribuit me-
dio. Res aūt subta est illō qđ p̃mo subycit attribuo vel
in actu vel in aptitudine. Accñs vo est illud qđ ptiz ɔue-
nit τ ptiz differt a re subta. τ accidit sibi inq̃tū stat sub ta
li atributo: vt h̃. sortes est idiuiduū hō ē sortes. ḡ hō ē in-
diuiduū. Indiuiduū ē attributuz. sortes ē res subta: τ hō
accidit sorti ea pte q̃ sortes stat sub isto attributo qđ ɔue
nit sorti inq̃tū differt ab hoie: τ inde sumunt cāe hui⁹ fal-
lacie. Cā apparētie ei⁹ ē ptialis ɔueniētia accñtis cum re
subta pp quā credunt q̧ accñs conueniat cū re subta ea
pte q̃ sibi ɔuenit attributū. Cā falsitatis ē diuersitas acci
dētia τ rei subiecte vel ipsi⁹ mediy qđ fm diuersas rōnes
ɔuēit cū extremis. Et fz h̃ sic diffinit h̃ fallacia q̧ ē ido-
neitas decipiēdi pueniēs ex ptiali ɔueniētia accñtis cū re
subta q̃ in differūt fz diuersas rōnes. vñ semp ɔmittitur
h̃ fallacia qñ pp ɔueiētiā duoꝝ i vno tertio fz diuersas
rōnes credit ɔueniētia eoꝝ iter se aut qñ vnū negaī ab
alio ea pte q̃ dr̃t a suo accñte. τ pp h̃ negaī d̃ suo accñte.

Secundo sciēdū q̧ hui⁹ fallacie ponunt tres mo-
di. Prim⁹ modus ē qñ accñs ē iferi⁹ rei
subiecte. τ pp h̃ ppriū attributū rei subiecte attribuit i-
feriori ei⁹ fz quē h̃ palogizat: aial ē gen⁹: hā est aial. ḡ hō
ē gen⁹: ibi gen⁹ ē attributū ɔueniēs aiali ea pte q̃ differt
ab hoie: τ p h̃ isert de hoie q accidit aiali vt stat sub illo
attributo. Et silr h̃ oē es ē nāle: statua ē es. ḡ statua ē nā-
lis. nāle eni ɔuenit eri vt ē ens i actu τ statua sibi ɔuenit
inq̃tū ē in potētia ad figurā eius: τ ita accidit ei put stat
sub illo attributo. Et silr h̃: hō ē aial: equus ē aial. ḡ equ⁹
est hō: equ⁹ eni accidit aiali ɔsiderata vt ɔuenit cū hoie.
Et silr hō nō ē idiuiduū: sortes est hō. ḡ sortes nō est idiui
duū. ibi idiuiduū negaī ab hoie ea parte q̃ dr̃t a sorte. Et
oēs isti palogismi soluunt negādo ɔñiā. qz nō oz q̧ si ali
qd dicaī vel negeī de supiori ea pte q̃ dr̃t ab iferiori: q̧
pp h̃ negeī vl' affirmeī de iferiori: qz ibi mediū nō tene-
tur sub eadē rōne in duab⁹ premissis.

Tertio sciēdū q̧ scđs modus est qñ accñs ē supius
rei subiecte: τ ita q̧ cōuenit iferiori ea pte q̃
dr̃t a supiori iferī de supiori: vt h̃ sortes est idiuiduū. hō
est sortes. ḡ hō est induidiuū. Silr h̃: hō est spēs. suba est
hō. ḡ suba est spēs: ibi spēs attribuit hoi ea pte q̃ differt a
suba nō suba accidit hoi vt stat sub illo attributo. Et silr
h̃. iste est monach⁹ τ ē alb⁹. ḡ iste ē monach⁹ alb⁹. alb⁹. n.
ē accñs supius accñtale huic hoi. τ dr̃t ab ipso hoie igitū
sibi iest h̃ atributū monach⁹. vñ p h̃ q̧ iste hō ponit al-
bus fz se iferī q̧ sit alb⁹ fz bituz: τ sic ɔñtia nō valet. Et
silr h̃ iste canis ē pr̃ τ ē tuus. ḡ est pr̃ tuus. τ ēt in alys ar-
guēda a diuisis ad ɔiuncta. Et isti palogismi saluunt ne-
gādo ɔñtiā: qz nō oz si aliqd ɔueniat iferiori ea pte q̃ dr̃t
a suo supiori q̧ ppterea ɔueniat supiori: τ nā sempoꝝ q̧
ad ɔmiēdū istū modū sumaī illud qđ simplr ē supius:
fz sufficit q̧ sit supius vel fm rē vel fm modū.

Quarto sciēdū q̧ vltim⁹ modus hui⁹ fallacie ē qñ
accñs ē ɔuertibile respectu rei subte: vt h̃:
risibile ē ppriū: hā est risibilis. ḡ hō ē ppriū. vel sic: risibi
le ē q̄litas: hō ē risibilis. ḡ hō ē q̄litas. ibi ppriū conuenit
vni cōuertibiliū ea pte q̃ dr̃t ab alio. τ pp hoc inferī de
alio. Et silr h̃: hō est quoddā icōplexū: aial rōnale est hō.
ḡ aial rōnale est quoddā incōplexuz ibi aial rōnale acci-
dit homini vt stat sub hoc atributo incōplexū qđ conue
nit homini inq̃tuz differt a sua diffinitiane: τ ppter hoc
inferī de ipsa. Et saluunī isti paralogismi negādo ɔñtiā:
qz si aliqd affirmaī vel negaī de vno ɔuertibiliū ea pte
qua differt ab alio nō apz ppter hoc q̧ affirmeī vel ne-
getur de alio. Et hec assignatia modoꝝ huius fallacie et
accidentis τ rei subiecte ponunī fm Petrū hispanuz in
magnis fallacys eius: licet h̃ in textu ponaī alia assigna-
tio ipsoꝝ que hic in textu videri potest.

Contra predicta arguiī p̃mo sic nulla est fal
lacia substantie. ḡ nulla est
fallacia accidētis per locū a simili. ḡ cātra pdicta. ¶ Se
cunda sic: in omni sillogismo mediū est in parte idez τ in
parte diuersūz cū extremis ḡ si accñs sit qđ est in pte idē
τ in pte diuersūz seqtur q̧ in qualibz sillogismo erit acci
dens: qđ tñ est falsum. ¶ Tertio sic: illud qđ est de essen
tia rei nō est accidens eius: omne supius est essentia infe
rioris. ḡ nulluz supius accidit suo inferiori. ¶ Quarto sic:
arguēdo ex puris affirmatiuis in secunda figura ɔmitti
tur fallacia accidētis τ tñ iste modus nō enumeraī iter
istos modos. ḡ male assignaī. ¶ 5⁹ sic: arguēdo a diuisis
ad cōiuncta est bona ɔñā. vt pz in scđo Peryarmenias. ḡ
a diuisis ad cōiuncta nō est fallacia accñtis.

Ad argumenta. Ad p̃mūz dr̃. q̧ hic nā capiī
accñs: vt distiguiī ɔ subaz: sz
capiī p extremo vel nō necāriō: iō nō seqī q̧ si nulla sit
fallacia sube q̧ nulla sit fallacia accñtis. ¶ Ad 2ᵐ dr̃. q̧
licz in oi sillogismo mediū ptiz ɔueniat τ ptiz differat ab
extremis: tñ i bono sillogismo nō accipiī vt ɔueniēs τ dif
ferēs ab ipsis: sz in vtraqz p̃missaꝝ sub eadē rōne teneī τ
extremitates in ipsa vniunī sub eadē rōe τ nō sub diuer
sis: alr nō seqreī vnio extremitatū iter se. ¶ Ad tertiuz
dr̃. q̧ lz nullū superi⁹ accidat simplr τ absolute suo infe-
riori: tñ bñ accidit sibi cōpatiue: qz respcū ad vnū tertiū:
qđ cōuenit inferiori put differt a supiori. ¶ Ad q̃rtū dr̃.
q̧ arguēdo ex puris affirmatiuis in scđa figura cōmittiī
p̃mus mod⁹ p̃us assignat⁹ τ mediū est res subiecta τ infe
rius ei⁹ sibi accidit vt stat sub maiori extremitate: τ lz ta
le mediū nō subyciaī actu maiori extremitati: tñ subyci
tur in aptitudie τ efficiī subiu ei⁹ reducēda ad p̃mā figu
raz cōuersione maioris. ¶ Ad qntū dr̃. q̧ arguēdo debi-
te a diuisis ad cōiūcta vel ecōtra est bona ɔñā sed nō qñ
arguiī idebite: sz tūc cōmittiī fallacia accñtis. Et ad ar-
guendū debite a diuisis ad cōiūcta reqriī p̃mo q̧ pdica-
toꝝ diuisoꝝ vnū sit potentiale τ determinabile. reliquū
actuale τ determinās. scđo requiriī q̧ potētiale ppōnaī
actuali siue determinabile determinatiōi. Et eɔ arguen
do a cōiunctis ad diuisa requiriī q̧ in ɔiūctis vnū nō sit
determiatiā p̃uās vel diminuēs respectu alteri⁹: sz ɔbēa
tñ iā nō sequiī est bon⁹ faber. ergo est bonus.

¶ **Sequiī de fallacia fz qd ad simpliciter.** Di-
ctuz fm qd appellatur hic determinatio dimi
nuens de rōne vel de esse cui adiūgiī: vt cū di-
co hō mortu⁹. mortuum eni diminuit de rōne
hois. Dictū simplr appellaī aliqd idiminutū:
vt hō. Fallacia scđm qd ad simplr est idonei-
tas decipiendi pueniens ex apparenti ɔña di-
cti scđm qd ad dictū simpliciter. Cā apparen
tie hui⁹ fallacie est conuenientia h⁹ dicti qđ est
scđz qd ad illud qđ est simpliciter τ econuer-
so. Causa falsitatis est diuersitas significatoꝝ.
Fit autez hec fallacia tot modis quot modis

contingit addere alicui determinationē dimi-
nuentē. Primo mō ꝑm ptem in mō: vt ille est
hō mortuꝰ. ergo est hō: nō seqꝛ: qꝛ mortuuʒ di
minuit de rōne hoīs. Et hic. chimera ē ens opi-
nabile. ergo ē ens. non seqꝛ: qꝛ opinabile dimi
nuit de rōne huiꝰ qḋ est esse. Scḋo mō ꝑʒ par
tē ītegralē vt ethiops est albꝰ scḋʒ dētes. ergo
est albꝰ. Tertio mō in his q̄ sūt ad aliqd: vt di-
uitie non sunt bone male vtenti. ergo non sunt
bone. non seqꝛ. licʒ. n. diuitie cōparate ad aliqd
non sint bone: tñ i se sunt bone. Quarto mō in
his q̄ scḋʒ locū sunt: vt bonū est mactare pr̄eʒ
in triuallis. ergo bonū est mactare pr̄eʒ suum.
Uel sic: bonū ē vti dieta i locis egrotatiuis. er
go bonū est vti dieta. Quito mō in his q̄ fiunt
scḋʒ tp̄s: vt bonū ē ieiunare in q̄dragesima. er-
go bonū ē ieiunare. Uel sic: expedit alicui me-
deri qñ egrotat. ergo expedit alicui mederi. nō
sequitꝛ: qꝛ licʒ expediat mederi scḋm quid non
tamen simplr̄. ¶ Sciendū autem ꝙ in omni-
bus istis inspiciendū est ad contradictionē: vt
si aliquis respondens dicat ꝙ non expedit me-
deri: ⁊ opponēs affirmat ꝙ expedit mederi qñ
egrotat: non contradicit ei: sʒ stat in fallacia se-
cundum quid ad simpliciter. ¶ Et sciendum
ꝙ eadē est fallacia si ex eo qḋ est scḋm qd infe
ratur simplr̄ ⁊ econuerso. ⁊ itelligendū est ꝙ
ista fallacia qñ fit ab esse scḋm quid vt in pluri
bus fit affirmatiue: sʒ qñ fit a dicto simplr̄ vt
in pluribus arguitur negatiue.

¶ Postq̄ auctor determinauit de fallacia accidētis: hic ꝯñr
determinat de fallacia ꝑʒ qd ad simplr̄ rōne cuiꝰ ꝑmo vi
dēdū est qd sit verū ꝑʒ qd ⁊ verū simplr̄. vñ dictū simplr̄
est dictio sumpta sine determinatiōe diminuēte: vt hō p
se vel hō albus. ⁊ tale verū dr̄ verū simplr̄ h̄ ē pfectū ⁊ nō
diminutū. Sʒ verū ꝑʒ qd ē dictio sumpta cū determinatio
ne priuatiē aut diminuēte: vt hō mortuꝰ: ⁊ ex hitudīe talis
dicti ꝑʒ qd ad verū simplr̄ sumitꝛ vna fallacia spālis: eo ꝙ
ibi reperiunꝛ spāles cāe apparētie ⁊ defectus.

Primo sciēdū est ꝙ cā apparētie huiꝰ fallacie ē ap-
parēs ꝯueniētia dicti ꝑʒ qd ad verū simplr̄:
ꝓpter quā credimꝰ ꝙ talia ꝯueniāt realr̄ ⁊ ꝙ vnū ꝯtinea
tur sub alio: qḋ tñ falsū est. Et eiꝰ cā defectus est diuersi
tas illoꝝ dictoꝝ: ⁊ ꝑʒ hoc sic diffinitꝛ hec fallacia ꝙ ē ido-
neitas decipiēdi ꝓueniēs ex apparēti cōueniētia dicti ꝑʒ
qd ad verū simplr̄. ⁊ dʒ attēdi ista ꝯueniētia nō ex pte vo
cū: qꝛ tunc ista fallacia eēt falsa in dictiōe: sʒ dʒ attēdi ex
pte significatoꝝ ꝑʒ ꝙ hūt silitudinē i re significata ⁊ ana-
logiā suoꝝ significatoꝝ: sic hō pictus ⁊ hō hūt quandā ꝓ
portionē iter se: ideo cōuenienter ponitur illa fallacia in-
ter fallacias extra dictionem.

Secundo sciendū ꝙ lʒ verū ꝑm qd in quo ponitur
determinatio ꝯtinens tñ vt hō albꝰ faciat
locū dyalecticū. s. a pte i mō ad suū totū. tñ verū ꝑʒ qd qḋ
fit cū determinatiōe ipropria q̄ est diminuēs vel ꝑuās hūt
causat locū sophisticū. Et talis determinatio ipropria fit
q̄nqꝫ modis. q̄nqꝫ. n. ē absoluta: ⁊ q̄nqꝫ respectiua: si ꝑmū
h̄ est duplr̄: vel determinat dictū cui adiungitꝛ rōne totiꝰ

ꝑnādo vel diminuēdo rōnē eiꝰ: vt hō pictus vel ens opi-
nabile. vel rōne ptis itegralis sui subti: vt albū ꝑʒ dētes.
Si sit respectiua sic ē triplr̄ qꝛ q̄dā sumitꝛ ꝑ relōnē ad ali-
qḋ correlatiuū extrīsecū. vt h̄. diuitie sūt male: male vtē-
ti. alia respectu mēsure q̄ ē locꝰ: vt bonū ē iter ficere pr̄eʒ
i triuallis. Alia respectu ptis tp̄is qḋ ē mēsura successiua
vt ꝓpicere merces i mari tp̄e tēpestat. ⁊ ꝑʒ has q̄nqꝫ de-
terminatiōes iproprias ponūtꝛ q̄nqꝫ modi huiꝰ fallacie.

Tertio sciēdū ꝙ pmꝰ modus huiꝰ fallacie ē arguen
do ꝑʒ ptē in mō diminuētē. vt iste ē hō pictꝰ.
ḡ ē hō. Scḋs modus fit arguēdo ꝑʒ determiatione ptis
itegralis. vt ethiops ē albꝰ ꝑʒ dētes. ḡ ē albꝰ. ⁊ valʒ in acci
dētibꝰ q̄ determināt sibi certā ptē itegralē sui subti: sic ce
citas determiat sibi oculū ⁊ simitas nasū: ⁊ in accītibꝰ
q̄ ꝑ idītaʒ in vna pte ꝯpōti totū iferūt vt ifirmitas den
tis denoīat totū hoīeʒ ifirmū dū determiatio ptis nō sit
determiatio diminuēs tñ accītia q̄ idifferēter ꝯueniūt
oībꝰ ptibꝰ ⁊ ꝑ inherētiā sunt in vna nō pnt denoīare totū
sic albedo vel nigredo denoians suā pte itegrale ē deter
miatio diminuēs i istis ⁊ facit istā fallaciā. Tertiꝰ modus
fit arguēdo cū dteriatiōe respectiua fcā ad terminū extrī-
secū vt vinū ē malū febricitāti. ḡ ē malū. Quartꝰ modus
fit cū deteriatiōe iprope supra ꝑʒ locū: vt bonū est iterfi-
cere patrē in triuallis. ḡ bonuʒ ē interficere patrē. Qutꝰ
modus est arguēdo ꝑm determinationē tp̄is: vt bonū est
ieiunare in q̄dragesima. ergo bonum est ieiunare. Et oēs
isti paralogismi soluūtꝛ negando ꝯñam: qꝛ ex dicto ꝑm
quid non sequitur dictum simpliciter.

Quarto sciēdū ꝙ in eisdē modis ⁊ in eadē fallacia
pōt argui ꝓcedēdo a dicto simplr̄ ad verū
ꝑm qd. Cuiꝰ rō est. qꝛ vbicūqꝫ repitꝛ eadeʒ cā apparentie
ibi est eadē fallacia: ⁊ ēt idem modus: sʒ arguēdo a dicto
simplr̄ ad dictū ꝑm qd est eadē cā apparetie sicut arguē-
do ecōtra: qꝛ est eadeʒ ꝯueniētia dicti simplr̄ ⁊ ꝑm qd: iō
illo mō cōmittitꝛ ista fallacia ⁊ modi ꝑus positi: vt arguē-
do sic. hic nō est hō. ergo nō est hō mortuꝰ: vt l nō est aial:
ergo nō ē aial pictū: sʒ magis denoiatꝛ hec fallacia ꝑʒ qd
ad simplr̄ q̄ʒ ecōtra qꝛ arguēdo a dicto ꝑʒ qd arguitꝛ affir
matiue: sʒ arguendo a dicto simplr̄ vt in pluribus arguitꝛ
negatiue per istā fallaciā: iō magis denomiatꝛ a paralogis
mis qui fiunt ꝓcedendo a ꝑm quid ad simpliciter.

Contra predicta arguitꝛ ꝑ sic. hō albꝰ ē dictū
sūptū sine determiatōe di-
minuēte: ⁊ tñ nō ē verū simplr̄. qꝛ verū simplr̄ est qḋ sub-
mittitꝛ sine additōe: iuxta illud. Simplr̄ dico qḋ sine ad-
dito dico. ḡ ꝯ diffōnē dicti simplr̄. ¶ Scḋo sic. oē iferius
⁊ minꝰ cōe ifert suū supius ⁊ magis cōe: sʒ verū ꝑm qd est
inferiꝰ ad dictū simplr̄. ergo hū infert ipm. ergo arguen-
do a ꝑm qd ad simplr̄ nō ꝯmittitꝛ fallacia. ¶ Tertio sic.
hū sequitꝛ: est hō mortuꝰ. ergo est mortuꝰ: ⁊ tñ arguitur a
dicto ꝑm quid penes ꝑmū moduʒ hꝰ fallacie. ḡ male assi
gnatꝛ ille modus. ¶ Quarto sic. ieiunare in q̄dragesima
est ieiunare simplr̄: nec illa determiatio tp̄is diminuit ra
tionē adiuncti. ergo ibi male arguitꝛ penes q̄ntū moduʒ.
¶ Quinto sic. a toto in modo ad suā partē: ⁊ econtra sūt
plures loci dialectici. ergo a dicto ꝑm qd ⁊ a dicto simpli
citer debent sumi plures fallacie: ⁊ nō vna tm̄.

Ad argumenta. Ad pmuʒ istoꝝ dr̄. ꝙ si capia
tur dictū simplr̄. vt tantū va-
let sicut cōtracte vt sumitꝛ in loco a toto in mō: sic homo
albus nō est dictū simplr̄: sʒ si capiatꝛ dictū simplr̄ prout
simplr̄ tantū valʒ sicut pfecte ⁊ nō diminute sicut capitꝛ
in pmū passu sic hō albus est dictū simplr̄. ¶ Ad secūdū
dr̄. ꝙ licʒ dictū ꝑm quid qḋ fit cū determinatiōe contra-
henie tñ sit inferiꝰ ad dictū simplr̄: non tñ dictuʒ ꝑm qd
qḋ fit cū determinatiōe diminuēte vel priuāte: sʒ magis

opponit dicto simpliciter. ¶ Ad tertiū dicit̄ q̄ lz hō mortuus sit dictū fm̄ qd respectu hoīs: q2 mortuuz diminuit de rōne hoīs. tñ respectu mortui est dictuz simplr̄: q2 hō nō diminuit de rōne mortui ideo ibi nō arguit̄ a dicto fm̄ qd p̄sta fallaciā. ¶ Ad q̄rtū dicitur. q̄ lz in q̄dragesima nō diminuat de rōne hui⁹ qd est ieiunare absolute: tñ bñ diminuit respectu huius qd dico bonū. nō arguit̄ cū determinatiōe diminuēte fz tps. ¶ Ad q̄ntū dicit̄ negādo cōsequētiā: q2 a toto in modo τ a parte ei⁹ sunt diuerse ħitudine: τ diuerse habitudines locales. nō ibi sunt plures loci dialectici: sed a dicto fm̄ qd ad simpliciter τ cōtra. est tñ vna causa apparētie: ideo ibi nō sunt plures loci sophistici. nec est simile de ipsis.

¶ Elenchus ē sillo⁹ ɔtradictionis vni⁹ τ eiusdē: nō nōis tm̄: nec etiā rei tm̄: sz nois τ rei sil' nō synonimi: sed eiusdē: τ ex his q̄ data sūt de necessitate: nō ɔnumerato: eo q̄ erat in principio ad idez fm̄ idē silr τ in codez tpe. Elēchus est sillus ɔtradictiōis. i. sillus ɔcludēs ɔtradictoriā ppōnis date a respōdēte. In diffinitiōe elēchi quedā ponunt̄ rōne sillogismi: vt ex his que data sunt ex necessitate accidere p quod remouet̄ fallacia accidētis. Et ponit̄ nō ɔnumerato: eo q̄ erat in pricipio per qd remouet̄ petitio pricipij: vt postea patebit. Alia ponūtur rōne ɔtradictionis: vt vnius τ eiusdē. i. vnius subiecti τ p̄dicati. Unde nisi esset idē subiectū τ idē p̄dicatū nō eēt ɔtradictio: vt ethiops est niger: ethiops nō est niger scōm dētes: ex quo nō est idez p̄dicatū; ideo non est ɔtradictio. Et sic hic: nullus hō mortuus currit: τ quidā hō currit nō est ɔtradictio: q2 non ē ibi idem p̄dicatum. Itē scōm idez ad idem silr τ in eodē tpe ponunt̄ rōne ɔtradictionis: τ cōtra istas q̄ttuor partes peccat hec fallacia q̄ dicit̄ ignorantia elēchi scōz q̄ ē vna de tredeciz fallacijs. Alio mō accipit̄ generaliter: τ tūc sic diffinit̄. Ignorantia elēchi est vnus defectus gn̄alis ad quez reducunt̄ oēs alie fallacie ostēdendo quō peccat ɔtra istas pticulas: vt postea patebit. Iste pticule nō nois tm̄: nec rei tm̄: sz nois τ rei sil' nō synonimi: τ sic de alijs ponunt̄ rōne silli τ rōne ɔtradictionis: q2 iste exigūt q̄ nomē sit vnum τ res vna: τ q̄ nō sit nomē synonimū. Unde non est ibi contradictio: marcus currit τ tullius nō currit. Nec est ibi sillogismus: ois gladius scindit: quōdam instrumētuz est ensis ergo quōdaz instrumētū scindit. Fallacia ignorantie elenchi est idoneitas decipiēdi p̄ueniēs ex apparēti obseruatione particularū diffōnis elenchi que cōueniunt ei ratione ɔtradictionis tm̄. s. ad idē scōz idē silr τ in codē tpe. Causa apparentie huius fallacie ē cōuenientia dictorū scōz quid ad dicta simplr. Causa falsitatis est diuersitas eorūdez. Unde huius fallacie elenchi sunt quattuor modi. Primus modus ē cōtra hāc pticulā ad idē: vt duo sunt duplū vnius τ non sūt duplū triū: ergo sunt duplū τ nō duplū. τ ī vtraq; p̄missaꝝ nō sumit̄ duplū ad idē: τ ideo nō sequit̄. Scōus modus peccat cōtra illā pticulā scōm idē: vt hoc est duplū illi scōz latitudinē: τ nō scōm lōgitudinē: ergo est duplū τ nō duplū nō sequit̄: q2 duplū nō sumitur scōm idē: lz sumat̄ respectu eiusdē. Terti⁹ modus peccat cōtra istā pticulā silr: vt hō est species: nullus hō est spēs: ergo idez est spēs τ nō spēs nō sequit̄: q2 ibi nō est ɔtradictio ī p̄missis q2 ille termin⁹ hō nō sumit̄ silr: q2 vna sumit̄ p suis iferiorib⁹: in alia vero nō: sz p se toto: vel pro sua forma. Quartus modus peccat cōtra hāc particulā in eodez tpe: vt man⁹ mea ē clausa in hoc instāti: τ nō ē clausa in hoc instanti: ergo ēst clausa τ nō clausa; nō seq̄t: q2 nō est in eodē tpe. Differt aūt hec fallacia a fallacia fm̄ qd ad simplr: q2 in illa est p̄cessus ab vno fm̄ qd sūpto ad vnū simplr sūptū: vt hoc ē dupluz scōz lōgitudinē. ergo est duplū. in ista vero est p̄cessus a duob⁹ scōm qd sūptis ad duo sūpta simplr: vt hoc est duplū illi scōz lōgitudinē τ nō scōz latitudinē. ergo ē duplū τ nō duplū.

¶ Postq̄ȝ auctor determinauit supius de fallacia a fz qd ad simplr. Hic ɔn̄r agit de fallacia ignorātie elenchi rōe cui⁹ diffinit elenchū sic. Elenchus est sillogism⁹ ɔ̄dictōis vni⁹ τ eiusdē nō nois tm̄: sz rei τ nois sil' nō synonimi: sed eiusdē ex his q̄ data sūt de neccitate accidere nō cōnumerato eo qd erat in p̄ncipio. s. ad idē fz idē silr τ in codē tpe. In qua diffōne ponit̄ sillogism⁹ loco generis. τ ɔ̄dictōis ponit̄ ad d̄ram sillogismi nō ɔ̄dicētis positioni r̄ndētis. τ ponit̄ vni⁹ τ eiusdē nō nois tm̄: sz nois τ rei sil' nō synonimi sz eiusdē tā rōne sillogismi q̄ȝ ɔ̄dictiōis. Ad vtrūq; enī requirit̄ q̄ remaneāt idē termini fm̄ rē τ vocē: τ per hoc remouent̄ fallacie in dictiōe. Et ponit̄ ex his q̄ data sunt de necessitate accidere rōne sillogismi in quo dz eē necessaria ɔ̄ñā: τ per hoc pōt remoueri fallacia accn̄tis τ cetere nō hn̄tes necessariā ɔ̄ñam. deinde ponit̄ nō cōnumerato eo qd erat in p̄ncipio rōne p̄bationis: q2 elench⁹ est sillogismus p̄batiu⁹: τ per hoc remouet̄ petitio p̄ncipij: deīde ponit̄ ad idē fm̄ idez τc. rōne ɔ̄dictionis tm̄: q2 ille cōditiones requirunt̄ ad ɔ̄dictionez tm̄.

Primo sciendū q̄ aliter pōt diffiniri elench⁹ q̄ est sillogism⁹ dialectic⁹ ɔ̄cl'onē r̄ndētis ɔ̄dictorius: τ sic ad elenchuz tria requirunt̄. s. necessaria illatio inquantū ē sillogism⁹. τ sufficiēs p̄batio ɔclusiōis inq̄tū est dialectic⁹. tertio formalis repugnātia sue cōclusiōis ad cōpositionē r̄ndentis inquātū est ɔ̄dictorius. Ex quo pz q̄ elench⁹ vltra sillogismū addit p̄babilitatē: τ vltra sillogismū dialecticū addit ɔ̄dictionē: τ ita ɔ̄dictio ē vltima d̄ria formalr cōstituēs elenchū: τ nō sicut sillogismus dialectic⁹ se hz sicut inferius ad sillogismū in cōi ita elēchus ad sillogismū dialecticuz. Et elenchus dicit̄ ab en qd est in p̄ ɔ̄ τ lenchos qd est sūptio q̄si sūptio ɔtra dicta r̄ndentis: τ sicut talis elenchus se habz ad sillogismū dialecticū vt iferi⁹: ita elenchus sophistic⁹ ad sillogismū sophisticū: τ pōt sic diffiniri. Elenchus sophisticus est sillogismus sophisticus apparēter ɔ̄dictori⁹ positiōi r̄ndētis.

Secundo sciēdū q ignorantia in cōi dicit̄ negatio scie cū aptitudine ad ipsaz. ⁊ diuidit̄ per ignorātiā pure negatiōis que est pura carētia cognitiōis actualis ⁊ habitualis: sicut ē in pueris nondū cognoscētibus. Alia est ignorātia praue dispōnis que est qn̄ aliquid falso apprehendit̄ de re aliquo mō cognita: ⁊ ista diuidit: qz quedā est ignorātia simplex: que est ignorātia pncipiorum s. qn̄ pncipia falso apphēdunt̄ simplici apprehēsiōe siue discursu. Alia est cōposita que ē falsa apphēsio cōclusionis mediāte discursu. ⁊ dicit̄ cōposita: qz ibi multa sil' ɔcurrūt. s. ignorātia pncipiorū ⁊ cōclusiōis. Ignorātia aūt elēchi nō est ignorātia pure negationis: nec ignorātia cōposita: sed est ignorātia simplicis apphēsiōis: qz fit p ignorantiā alicuius reqsiti ad rōnē elenchi ⁊ talis pōt capi dupliciter. vno mō gnāliter p quacūqz omissiōe cuiuslibet particule idifferēter diffōnis elenchi si sumat̄ hoc modo ignorātia elenchi nō ē vna fallacia spālis sed sic oēs fallacie ad ipsaz reducunt̄. Alio mō spālr solū p omissiōe alicuius illarū qttuor particularū ad idē s3 idē silr in eodē tpe: ⁊ hoc mō ab ipsa sumit̄ fallacia ignorātie elenchi.

Tertio sciendū: q causa apparētie hui⁹ fallacie ē apparēs obseruatio ɔditionū reqsitarū ad vnā ɔdictionē rōne cui⁹ credit̄ q in antecedēte paralogismi sit va ɔdictio: vbi tn̄ est apparēs ɔdictio tm̄: ⁊ per illaz apparētē ɔdictionē in ɔsequēte īfert̄ ɔdictio simplr. Et ei⁹ causa defectus est omissio alicui⁹ illarū pticularū reqrūtur ad ɔdictionē. Et per hoc sic diffinit̄ hec fallacia q est idoneitas decipiēdi pueniēs ex apparente obseruatione pticulari diffōnis elenchi que sibi ɔueniūt rōne ɔdictionis: ⁊ l3 qlibet fallacia peccat ɔ verū elēchū: qz tn̄ ista formalr ⁊ directe peccat ɔ ɔdictionē que se h3 vt vltimq differētia ⁊ forma elenchi: ideo magis denoīat̄ hec fallacia ignorātia elenchi q̄3 quelibet alia fallacia.

Quarto sciēdū: q huius fallacie qttuor sunt modi. Primus modus fit qn̄ nō arguit̄ ad idem: vt aer ē supra terrā ⁊ nō ē supra celū: ḡ ē supra ⁊ nō supra. ɔn̄a nō valet: qz nō affirmat̄ idē de aere ɔparato ad idez. Secūdus modus ē qn̄ nō arguit̄ s3 idē: vt sortes videt s3 oculū ⁊ nō videt s3 nasū. ḡ videt ⁊ nō videt: ɔn̄a nō valz. qz nō affirmat̄ idē de eodē s3 idē in an̄te ⁊ ɔn̄te. Tertius modus fit omittēdo istā pticulā silr. vt oīs hō est idiuiduū. hō nō ē idiuiduū: ḡ idē ē idiuiduū ⁊ nō idiuiduū: ɔn̄a nō valet: qz ibi hō nō tenet̄ silr: qz in maiori tenet̄ p suppositis: ⁊ in minori p nā cōi. Quart⁹ modus ē dimittēdo illā pticulā ī eodē tpe. vt sortes leget cras: ⁊ nō leget post cras: ergo leget ⁊ nō leget: nō sequit̄. qz ibi nō fit affirmatio ⁊ negatio ī eodē tpe. Et sic p3 q isti qttuor modi sumūtur s3 illas qttuor ɔditiōes in diffōne elenchi positas.

Contra predicta arguit̄ pmo sic: ɔdictio nō ē sillogismus: s3 elēchus ē ɔdictio: vt dr̄ in pmo elenchoꝝ: ergo male dr̄ q ē sillogism⁹. ¶ Secūdo sic. hec ē va ɔdictio: marcus currit. tulli⁹ non currit: cū ille ppōnes repugnēt taz in veritate q̄3 in falsitate. ergo ad elenchū ⁊ ɔdictionē nō requirit̄ vnitas rei ⁊ nois sil'. ¶ Tertio sic. oēs fallacie reducunt̄ ad ignorātiā elenchi: ergo male ponit̄ fallacia spālis cū sit cōis ad oēs alias. ¶ Quarto sic: ɔdictorie nō pñt fieri in eodē tpe: ergo ad ɔdictionē nō requirit̄ q affirmatio ⁊ negatio sint in eodē tpe. ¶ Quinto sic: ad ɔdictionē reqrit̄ q sit affirmatio ⁊ negatio eiusdē de eodē: ⁊ tn̄ nō ponit̄ hic aliquis modus peccās ɔtra illā particulā ɔdictionis: ergo modi huius fallacie nō sunt sufficiēter enumerati.

Ad argumenta. Ad pmū dicit̄ q si capiat̄ ɔdictio formalr pro ipsa formali repugnātia ɔdictorioꝝ sic nō ē sillogismus: s3 si capiatur mālr p ppōne ɔdicēte vel p sillogismo ɔdictorio rōne sue ɔclōnis: sic ɔdictio hūi est sillus: ⁊ sic capit̄ in pmo elenchoꝝ. ¶ Ad scōm dicit̄: q l3 ibi sit ɔdictio s3 rē: nō tn̄ s3 modū enūciādi: qz ibi nō ē eiudēs affirmatio ⁊ negatio eiusdē de eodē. ¶ Ad tertiū dr̄ q si capiat̄ ignorātia elenchi cōiter pro quacūqz ignorātia cuiuslibet pticule diffōnis elenchi: sic fallacia ignorātie elenchi ē cōis ad oēs alias fallacias: s3 etiā si capiat̄ spāliter p ignorātia vtriusqz illarū qttuor pticularū sicut hic accipit̄ sic est fallacia spālis: ⁊ h3 distinctā causaz apparētie ⁊ defectus a causis aliarū fallaciarū: vt posset pbari iductiue. ¶ Ad quartū dicit̄: q l3 due ɔdictorie nō possint formari ī eodē tpe: tn̄ bn̄ possunt formari p eodē tpe affirmādo ⁊ negādo idez de eodē p eadē pte tpis. ¶ Ad qntū dicit̄: q in fallacia ignorātie elenchi semp requirit̄ q sit apparēs ɔdictio qz ide sumit̄ sua causa apparētie: s3 si remoueat̄ pma ɔditio ɔdictionis q̄ est q sit affirmatio ⁊ negatio eiusdē de eodē: ibi nō esset apparēs ɔdictio: iō nō ponit̄ hic aliqs modus ppter omissionē illius particule cōtradictionis.

¶ Petere id qd̄ est in principio est qn̄ conclusio q̄ d3 pbari sumit̄ in pmissis. Cū ergo idem sub eodem noīe non potest seipsum pbare: vt hō currit. ḡ hō currit. in talib⁹. n. nō est petitio pricipij: s3 tal' argumentatio est ridiculosa: nec cadit sub arte: nec ē petitio h⁹ qd̄ est ī pricipio. aliud est. n. petere pricipiu3: ⁊ aliud est petere illud qd̄ ē in pricipio: vt dic. p. primo elenchorū: qz petere pricipiū ē qn̄ petit̄ idē sub eodem noīe: vt hō currit. ergo hō currit. ⁊ isto mō nulla ē fallacia: qz nō ɔtinet̄ sub aliq̄ spē argumentatōis: nec scd3 veritatez nec scd3 apparentiā: s3 talis petitio pricipij peccat cōtra sillogismum simplr dcm̄. S3 petere illud qd̄ ē in pricipio ē qn̄ idez petit̄ sub diuerso nomie: vt aīal rōnale currit. ḡ hō currit. Vel sic: petere illud qd̄ est ī pricipio est quādo min⁹ notū sumit̄ ad pbationez magis noti. Causa apparentie h⁹ fallacie ē apparens diuersitas cōclōnis a pmissis. Causa falsitatis est identitas eorundem. Petit̄ aūt illud qd̄ est in pricipio qnqz modis vt p3. viij. topi. Primo mō quādo diffinitū petit̄ in diffinitiōe ⁊ ecōtra. vt si dubitaret̄ vtrū hō currat vel non currat: fiat argumentū: aīal rationale currit. ergo homo currit: nulla est ibi pbatio: qz quādo vnū dubitat̄ necesse est alterū dubitari: ⁊ ita si sumat̄ vnū ad pbandu3 aliud peccatum est. Secūdus mod⁹ est quādo particulare petit̄ in vli: vt nullus homo currit. ḡ nec sortes currit. Vel si aliquis debeat probare q oīum contrarioꝝ eadem est disciplina: ⁊ assumat: oīum oppositorum est eade3 disciplina: ergo oīum cōtrarioꝝ est eadem disciplina. hic petitur cōclusio in pmissis. Tertius mod⁹ est qn̄ vl'e petit̄ in particularibus: vt si aliquis debeat pbare q oīum oppositoru3 est eade3 disciplina: ⁊ sumat illam: oīum cōtradictoriorū contrarioꝝ: ⁊ sic de alijs est eadem disciplina

ergo oiũ oppositoꝝ ē eadē disciplina. Uel sic sortes currit: plato currit ꝛ sic ꝺ alijs: ergo oīs hō currit. Quart⁹ modus ē qñ cōiūctū petit̄ in diuisis vel econtra: vt si aliqs debeat ꝓbare ꝙ medicina ē disciplina sani ꝛ egri: ꝛ dicat̄ sic arguēdo: medicia ē disciplina sani: ꝛ medicina ē disciplina egri: ergo medicia est disciplina sani ꝛ egri. Quint⁹ modus ē quādo vnū relatiuoꝝ petit̄ in alio: vt si qs ꝺz ꝓbare ꝙ sortes sit pater platonis: ꝓbet̄ sic: plato est filius sortis: ergo sortes est pater platōis. nō sequit̄: qꝛ hoc assumit̄: qꝺ est ꝓbādū. Sciendū ꝙ hec fallacia nō ipedit sillogismū iferētē: sꝫ ꝓbātē: ꝛ ita fallacia petitionis peccat cōtra sillogismū dialecticū inq̄ntū dialecticus est.

¶ Pꝰſtq̄ auctor determiauit de fallacia ignorantie elenchi. Nūc determiat de fallacia petitiōis p̄ncipij: rōne cuius videndū est qd sit petere p̄n^m ꝛ qd sit petitio p̄ncipij. Petitio in dialecticis ē iterrogatio alicui⁹ p̄missarū sillogismi dialectici qꝛ dialectic⁹ lꝫ in sillogiçando assumat p̄missas ad ꝓbādū ɔclōnē: tñ aliqñ iterrogat de suis premissis: rōne cui⁹ dicunt̄ iterrogatiōes. ꝛ nō fit ita ꝓpe petere ɔclōne: qꝛ p̄missis ɔcessis a rñdēte pōt iferri ɔclō ꝺ necessitate, ꝛ interrogāda ipsaꝫ: ꝛ qꝛ in argumētatiōe ɔclō ē p̄mū p̄ncipiū cui⁹ fit argumētatio. iō cū in tali argumētatiōe ɔclō que ꝺz ꝓbari ibi est petitio p̄ncipij. ideo petitio p̄ncipij est qñ idē accipit̄ ad ꝓbandū seipsum.

Primo sciendū: ꝙ ſm pħm scðo elēchoꝝ duplex ē petitio p̄ncipij. s. statiꝫ ꝛ nō statim. Petitio p̄ncipij statiꝫ ē qñ idē sub eadē naie sumit̄ ad ꝓbādū seipsū: vt hō currit: g̃ hō currit: vel idē sub duab⁹ naib⁹ synonimis: vt marcus currit: g̃ tullius currit: ꝛ talis petitio p̄ncipij peccat ɔ̄ sillogismū simplr. qꝛ ɔclō nō ē alia a premissis. ꝛ nō ē ibi aliq̄ fallacia: cū idē nō hēat apparētiā ad ꝓbādū seipsū. Alia ē petitio p̄ncipij nō statiꝫ qñ idē sub diuersis noib⁹ sumit̄ ad ꝓbādū seipsū. Et talis ē qñ aīs est eque ignotū vel ignoti⁹ ɔ̄sequēte. vñ in petitiōe p̄ncipij statiꝫ ē ꝓpe petere p̄ncipiū. ꝛ in petitiōe p̄ncipij nō statim petere id qꝺ erat in p̄ncipio: qꝛ aīs est eque ignotū vel min⁹ notū q̄ ɔ̄sis. idea ſꝫ suā noticiā ɔtinet̄ in ɔ̄sequēte. ꝛ ꝓbari p ɔ̄sequēs: ꝛ tūc ad ꝓbādū ɔ̄s petit̄ illud qꝺ est p̄ncipia. s. aīs: qꝺ ɔtinet̄ in ɔclusiōe: ꝛ etiā sumit̄ ɔclusio in tali aīte ad ꝓbādū seipsaꝫ. Et ſm talē petitionē p̄ncipij cōmittit̄ hec fallacia.

Secundo sciēdū: ꝙ cā apparētie hui⁹ fallacie ē apparēs diuersitas aīītis ꝛ ɔ̄ñtis. rōne cui⁹ credit̄ aīs eē noti⁹ ɔ̄ñte: ꝛ hr̄e vtutē ꝓbatiuā ɔ̄ñtis cū sit eque ignotū vel ignotius ɔ̄ñte: ꝛ nō sufficit q̄cūq3 diuersitas aīītis ꝛ ɔ̄ñtis: ſꝫ oꝫ ꝙ sit cū idētitate ipsoꝝ: ꝛ ēt ꝙ talis diuersitas faciat apparētiā magis nati ꝛ min⁹ noti ex parte aīītis: ꝛ qꝛ in naib⁹ synonimis nō ē apparētia magis ꝛ min⁹ noti. iō i ipsis ñ repit̄ cā apparētie: sꝫ cā falsitat̄ hui⁹ fallacie ē idētitas aīītl ꝛ ɔ̄ñtl: ꝛ ſꝫ h̄ sic diffinit̄ hᶜ fallacia: ydoneitas ꝺcipiēdi p̄ueniēs ex apparēti diuersitate ſꝫ idētitatē aīītl cū ɔ̄ñte: ꝛ peccat ista fallacia ñ ɔ̄ illatōnē: qꝛ ñ ipedit̄ sillꝫ simplr: sꝫ peccat ɔ̄ ꝓbatiōeꝫ ꝛ sillꝫ dialecticū.

Tertio sciēdū: ꝙ diffō dupl̄r ɔ̄siderat̄. vno mō inq̄ntū icludit p̄ncipia eēntialia diffiniti q̄ sūt ꝓpria ꝺ iherētie passiōis ad ipsiꝫ diffinitū: ꝛ h̄ mō ab ipsa sumit̄ loc⁹ demōstratiu⁹ ꝛ nō sophisticus. Alio mō ɔ̄siderat̄ vt stat sub itētiōe cāi diffōnis: ꝛ hoc dupl̄r. vno⁹ respectu p̄dicatoꝝ q̄ notiori mō ɔueniūt diffōni q̄ diffinito: ꝛ sic a diffōne sumit̄ locus dialecticus. Alio mō respectu p̄dicatoꝝ q̄ ɔueniūt notiori mō ipsi diffinito q̄ diffinitioni: ꝛ sic a diffōne sumit̄ petitio p̄ncipij: qꝛ sic aīs ē idē in re: ꝛ ē min⁹ natū ɔ̄ñte. Et eodē mō arguēdo a diffinito pōt argui respectu p̄dicatoꝝ q̄ notiori mō isunt diffinito: vel respectu ipsoꝝ q̄ min⁹ note sibi ɔueniūt. ꝛ sillr arguēdo ab vli ad particularia vel ecōtra ꝛ ſm hoc in istis pōt eē locus dialecticus: aut petitio p̄ncipij ſꝫ diuersas rōes.

Quarto sciendū ꝙ hui⁹ fallacie q̄tuor sunt modi. Prim⁹ modus ē qñ diffinitū petit̄ in diffinitiōe vel ecōtra: vt a'ial rōnale currit: g̃ hō currit. ibi enī diffinitū petit̄ in diffōne sua: ꝛ ecōtra arguēdo petit̄ diffinitio in diffinito. vñ ꝓbatio nō valet: qꝛ si vnū dubitet̄ ꝛ reliquū. Scðus modus ē qñ p̄ticulare petit̄ in vli: ꝛ vle i p̄ticulari: vt ais hō currit: g̃ sor. currit; plato currit: ꝛ sic de alijs: vel ecōtra. Terti⁹ modus ē qñ ɔiūctū petit̄ in diuisis: vel diuisa in ɔiūncta: vt medicina est sani ꝛ egri: ergo est sani ꝛ ē egri. Quart⁹ modus ē qñ relatiuū petit̄ in suo correlatiuo: vt sor. ē p̄r platōis: g̃ plato ē fili⁹ sortis. Et sollutenda istas paralogismos ꝺꝫ negari aīs cū sit eque incertū aut magis q̄ ɔ̄ñs ipsius p̄us negatū: nec ꝺꝫ simpliciter negari ɔ̄ña: quia cū sit necessaria illatio in istis paralogismis. si cōcedit̄ aīs oportebit cōcedere cōsequēs: qꝺ includit̄ in ipsa: tñ pōt dici ꝙ ipsa nō est ꝓbatiua cū negatione aīītis. Et lꝫ in textu ponant̄ q̄nq3 modi: qꝛ secund⁹ modus diuidit̄ in duas ad maiorē declarationeꝫ: tñ sufficienter enumerant̄ q̄tuor modi p̄us positi: qꝛ in ipsis cōtinent̄ omnes modi arguendi huius fallacie.

Sed contra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic: in petitiōe p̄ncipij sumit̄ idē ad ꝓbandū seipsm: ſꝫ idē nō hꝫ apparētiā ad ꝓbādū seipsꝫ. g̃ in petitiōe p̄ncipij nulla est cā apparētie nec est fallacia. ¶ Scðo sic. ois paralogism⁹ peccat in mā vel i forma: sꝫ paralogismi hui⁹ fallacie nō peccant in forma: cū possint eē in mō ꝛ figura: nec in mā cū fiant ex ꝓbabilib⁹. ergo in ipsis nō est causa defectus. ¶ Tertio sic. ab eadē nō sumit̄ locus dialecticus ꝛ sophisticus. ſꝫ a diffinitiōe ꝛ similiter a toto in quātitate sumunt̄ loci dialectici. g̃ ab ipsis nō sumit̄ loc⁹ sophisticus: ꝛ sic male ponunt̄ duo p̄mi modi hui⁹ fallacie. ¶ Quarta sic. arguēdo a diuisis ad cōiuncta est fallacia accñtis. ergo ibi nō est petitio p̄ncipij: ɔ̄ña tenet: qꝛ illi loci sophistici nō pñt eē in eodē argumēto. ¶ Quinto sic. h̄ est petitio p̄ncipij: albedo ē ɔ̄ria nigredini. ergo nigredo est cōtraria albedini: ꝛ tñ nō fit in aliquo istoꝝ quatuor modoꝝ. ergo insufficienter assignantur.

Ad argumenta. Ad p̄mū ꝺr. ꝙ lꝫ idē ſm rē ꝛ vocē sit nō hēat apparētiā ad ꝓbādū seipꝫ: tñ idē ſꝫ rē ꝛ differēs ſꝫ vocē ꝛ rōnē hꝫ apparētiā ꝓbādi seipm inq̄ntū videt̄ magis natū sub vno naīe q̄ sub alio. ¶ Ad 2^m ꝺr. ꝙ licꝫ in paralogismis hui⁹ fallacie p̄misse sint ſm se ꝓbabiles: nō tñ sūt ꝓbatiue cōclusionis: qꝺ tñ requirit̄ ad sillogismū ꝓbatiuū. requirit̄. n. ꝙ habeat p̄missas ſꝫ se ꝓbabiles ꝛ ꝙ ille p̄misse habeant vtutē ꝓbādi cōclusionem: iō isti paralogismi peccāt in ꝓbatione. ¶ Ad tertiū ꝺr. ꝙ ab eadem modo cōsiderato ꝛ respectu eiusdē nō sumit̄ locus dialectic⁹ ꝛ sophistic⁹: ſꝫ bñ ab eoꝺ diuersimode ɔ̄siderata. mō diffō diuersimode ɔ̄siderat̄ vt ab ipsa sumit̄ loc⁹ dialectic⁹ et sophisticus. ꝛ sillr totū in quātitate. ¶ Ad q̄rtuꝫ dicit̄. ꝙ arguēdo a diuisis ad cōiuncta indebite ex pte illatōis est fallacia accidētis. ex pte ꝺo ꝓbatōis est fallacia petitiōis p̄ncipij: ꝛ hoc nō est icōueniens. s. ꝙ in eodē paralogismo sint plures fallacie ſm diuersas rōes. ¶ Ad q̄ntū dicit̄. ꝙ cōmittit̄ q̄rtus mod⁹ ꝛ lꝫ albedo ꝛ nigredo sub rōnib⁹ ꝓprijs nō sint relatiua: tñ q̄ntū ad itentiōes ɔ̄rioꝝ possūt dici relatiua ſm dici. iō ibi vnū relatiuū petit̄ in alio.

¶ De fallacia cōsequētis dicendū est: ſm cōse-
quēs sunt paralogismi: eo ꝙ credimus ꝯñam
cōuerti que nō cōuertit̄. Fallacia ꝯsequēns est
idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex apparētia ꝯse-
quētie ꝯuerse que nō ꝯuertit̄. Causa apparētie
huius fallacie est ꝯuenlētia vnius ꝯsequētie ve
re ad aliā nō verā. Causa falsitatis est diuersi-
tas eorūdē. Et sciendū ꝙ bene tenet argumētū
a positione añtis ad positionē ꝯñtis. Huiꝰ fal-
lacie tres sunt modi. Primꝰ modus ē quādo
arguit̄ a destructione añtis ad destructionem
ꝯñtis: vt si hō est aīal ē: ergo si hō nō est aīal nō
est. Uel a positione ꝯñtis ad positionē añtis:
vt si mel ē rubeū ē: ergo si rubeū ē mel est. Ad
istū eni modū reducunt̄ oēs praue argumēta-
tiones ab inferiori ad supius destructiue. Uñ
quotiescūqȝ fit ꝓcessus ab inferiori ad superiꝰ
cū distributiōe superioris: vt oīs hō currit: ergo
omne aīal currit. Ibi cōmittit̄ ista fallacia: vt
nullus homo currit: ergo nullū aīal currit. Se
cūdus modus solet poni ab īsufficienti īductio
ne singulariū: vt sortes est aīal ⁊ ecōuerso: pla-
to est aīal ⁊ ecōuerso: ergo oīs homo ē aīal ⁊
econuerso. hic enumerant̄ oīa singularia illius
oīs homo ē aīal. ⁊ nō huius. oē aīal est homo.
que significat̄ per ꝯpositionē huius: qđ est ecō
uerso ad hanc: oīs hō est aīal. Tertiꝰ modus ꝓ
uenit a cōiter accñtibꝰ. Et dicunt̄ cōiter accñia
que se aliqñ cōsequunt̄ ⁊ aliqñ nō: vt iste ē cō-
ptus: ergo est adulter. Siñr in musa ⁊ poeta siñr
terminat̄: sꝫ musa ē feminini gñis: ergo ⁊ poe-
ta: nō sequit̄: qꝛ idētitas gñis ⁊ terminatiōis ali-
qñ se cōsequunt̄ ⁊ aliqñ nō: eo ꝙ nō ē in oībus
sed in aliqbus. Si aliqs dicat ꝙ in hoc vltimo
tertio modo non tȝ ecōuerso: vñ ibi nō est con
sequentia. dicendū est ꝙ ergo ſm quosdam su-
mitur consequentia a cōiter accidētibꝰ ad con-
sequētiā necessariā ⁊ ꝓbabilē: ⁊ in istis nō su-
mitur consequentia necessaria sed probabilis.
Taliter autem ordinant̄ isti modi ab Aristote
le isto modo ordinato.

¶ Postq̄ supius determinatū est de fallacia petitiōis ꝑn-
cipii, hic ꝯñter determinat̄ de fallacia ꝯsequētis. rōne cu
ius primo diffinit auctor añs ⁊ ꝯñaz dicēs: ꝙ añs est cathe-
gorica vel ypothetica q̄ ꝯñs īfert̄. Sꝫ ꝯñs est ꝯclusio que
infert̄ ex añte qđ ꝓuenit ex eo ꝙ añs īcludit̄ actu vel in-
tellectu in añte: ıō simul sequit̄ ad ipsuz añs ⁊ habitudo
denominās illā sequelā vocat̄ ꝯña: ⁊ diuidit̄ ꝯñaz ſm
plicē ⁊ ꝯñam ꝯpositā. Simplex est qñ ex vno solo añte i-
fert̄ vnū ꝯñs. Sꝫ ꝯña ꝯposita q̄ttuor modis itelligit̄ fie-
ri. Primo mō qñ facta aliqua ꝯña arguit̄ a positiōe añtī
ad positionē ꝯñtis. Scđo mō qñ in aliq̄ ꝯña arguit̄ a de-
structiōe ꝯñtis ad destructionē añtis: ⁊ istis duobꝰ modis
debite fit ꝯña cōposita. Tertio mō qñ facta vna ꝯña ar-
guitur a destructiōe añtis ad destructionē ꝯñtis. Quarto
mō qñ arguit̄ a positione ꝯñtis ad positionē añtis: ⁊ istis
duobꝰ modis nō valet ꝯña cōposita sed male cōuertit̄ cō
sequētia prius facta: qꝛ ꝯuertit̄ aliter q̄ deberet cōuerti. ⁊
ſm hoc causatur fallacia cōsequentis.

Primo sciēdū: ꝙ cā apparētie huius fallacie est ap-
parēs ꝯuertibilitas ꝯñtis cū añte: ꝙñ cū
credit̄ ꝙ bñ ꝯuertat̄ ꝯña q̄ tñ nō ꝯuertit̄. Sꝫ cā defectꝰ
est diuersitas ꝯñtis ⁊ añtis ꝓpter quā non ꝯuertunt̄ iter
se: ⁊ ſm hoc sic diffinit̄ hec fallacia ꝯñtis: q̄ ē idoneitas
decipiēdi ꝓueniēs ex apparēti cōuertibilitate ꝯñtis cum
añte: ⁊ semp fit vt dicit Aristo. qñ credimꝰ ꝯñaz ꝯuerti q̄
tñ nō ꝯuertit̄. Et q̄uis in hac fallacia reperiat̄ añs ⁊ cō-
sequēs magis dicit̄ fallacia ꝯñtis q̄ añtis: ⁊ in paralo
gismis huius fallacie semp arguit̄ equiualēter a positiōe
ꝯñtis ad positionē añcedētis: lȝ eni arguat̄ a negatiōe an-
tecedētis ad negationē ꝯñtis. qꝛ tñ illa negatio antecedē
tis se hȝ vt ꝯñs ad negationē ꝯñtis: ideo ibi arguit̄ equiua
lenter a positione ꝯñtis ad positionē antecedētis.

Secundo sciēdum: ꝙ huiꝰ fallacie sunt tres modi.
Primus est qñ arguit̄ a destructiōe an-
cedētis ad destructionē ꝯñtis: vel a positiōe ꝯñtis ad po-
sitionē añtis. Exēplū primi: si hō ē aīal est. ergo si hō
nō est aīal. nō seqt̄: qꝛ ad negationē añtis nō sequit̄ nega-
tio ꝯñtis ⁊ rō est. qꝛ añs ē īferius ⁊ minꝰ cōe. ꝯñs vō se hȝ
vt supius ⁊ magis cōe. nō destructo inferiori ⁊ minꝰ cōe
non opꝫ destrui supius ⁊ magis cōe: qꝛ illud pōt manere
in aliis inferioribꝰ eiꝰ. Exēplū secūdi: si pluit terra est ma
dida. ergo si terra est madida pluit. nō seqt̄: qꝛ a positio
nem cōsequentis qđ est supius ⁊ magis cōe nō sequitur po
sitio antecedentis qđ est inferius ⁊ minus cōmune.

Tertio sciēdū ꝙ scđs modꝰ fit arguēdo ab īsufficiē
ti nūero singularīū: vt hic. sor. currit. plato
currit. ergo oīs hō currit. vel sic. sor. ē aīal ⁊ ecōuerso plato ē
aīal ⁊ ecōuerso: ⁊ sic de aliis. ergo oīs hō ē aīal ⁊ ecōuerso:
nō sequit̄: qꝛ lȝ enūerent̄ sufficiēter oēs singulares illius
vlis oīs hō est aīal: nō tñ istiꝰ. oē aīal est hō. qđ tñ intelligit̄
cū dicit̄ ⁊ ecōuerso. ⁊ hoc si ecōuerso dicat ꝯuersionē sim
plicē: qꝛ si diceret cōuersionē ꝑ accñs bñ sequeret̄: qꝛ hec
esset vera: oīs hō est aīal ⁊ ecōuerso: aliqđ aīal ē hō: qꝛ tñ
analogū ꝑ se posituz stat ꝓ famosiori significato: ideo ecō
uerso magis tenet̄ vt dicit cōuersionē simplicē.

Quarto sciēduz ꝙ tertiꝰ modꝰ fit arguēdo a cōiter
accñtibꝰ q̄ ꝯtingēter se ꝯsequunt̄ in aliquo
subiecto: nō tñ de necītate se ꝯsequunt̄ vt h. sor. est magnꝰ: ꝗ
sortes ē fortis: vel sortes ē pulcer. ꝗ sortes ē bonꝰ: nō seqt̄
qꝛ lȝ talia accñtia: qñqȝ sese ꝯsequunt̄ in aliq̄ subiecto: tñ
de necītate se ꝯsequunt̄ semp. ⁊ lȝ i isto mō arguēdi ꝑ im
ꝓcedēti nō ꝯuertat̄ aliq̄ ꝯña actualr̄ ꝓposita. tñ subītelli
git̄ vna īplicite q̄ ꝯuertit̄ in istis modis. Et sic modꝰ
sic pōt haberi sufficiēna: qꝛ in fallacia ꝯñtis sumit̄ ap-
parētie ex apparēti ꝯuertibilitate ꝯñtis ⁊ añtis: vel q̄ illa
cōuertibilitas est apparēs rōne ꝯñtie iā facte: ⁊ sic ē primꝰ
modus: vel ꝓpter habitudinē terminoꝝ: ⁊ hoc dupl'r: vel
sumitur ex habitudine singulariū ad vle: ⁊ sic est secūdꝰ
modus: vel ex cōuenīetia accidentiū q̄ cōtingēter cōue
niūt in eodē subiecto: ⁊ sic est tertius modus.

Sed contra ꝑdicta arguit̄ primo sic. ꝯuersio ē pas-
sio ꝓpōnis. ergo soli ꝓpōni cōuenit:
ꝗre ista fallacia nō fit ꝑ hoc ꝙ aliq̄ cōsequētia ꝯuertat̄.
¶ Secūdo sic ꝯsequēs actu ⁊ intellectu includit̄ in an-
cedente. ergo destructo antecedēte destruit̄ ꝯñs: ⁊ sic va
let ꝯñtia a destructōe antecedētis ad destructionē ꝯñtis.
¶ Tertio sic. posito posteriori necessario ponit̄ prius: sed
ꝯñs posterius est aūte. ergo posito ꝯñte necessario ponit̄
antecedēs: qđ est ꝯtra primū modū huiꝰ fallacie. ¶ Quar
to sic. singularia alicuius vlis nō sufficienter enumerata

sequitur aliquid vl'e: ergo arguēdo ab insufficiēti numero singulariū arguitur a positiōe ꝯñtis ad positionē antecedentis: ꝛ ꝑ ꝯñs scd'us modus nō distinguitur a pmo. ¶ Quito sic: arguēdo a cōiter accidētib' est bonus locus dialecticus: ergo sic arguēdo nō sumitur tertius modus huius fallacie.

Ad argumenta.

Ad pmū dicit' ꝙ si capiat' cōuersio put ē mutatio ꝑdicati i subiectū ꝛ ecōtra: sic ē passio ꝓpōnis sibi soli ꝯueniēs. s3 si capiat' ꝑ mutatiōe añcedētis in ꝯsequēs ꝛ ecōtra: sic nō est passio ꝓpōnis: sed passio ꝯsequētie: ꝛ hoc mō ꝯña bene ꝯuertit'. ¶ Ad secūdū dicit': ꝙ destructo antecedēte bene destruit' ꝯsequēs portium fm ec qd h3 in tali añcedēte: s3 nō destruit' vl'r ꝛ fm se totū: q2 pōt manere in alijs: ideo ex destructiōe antecedētis nō pōt inferri destructio ꝯñtis. ¶ Ad tertiū dicit': ꝙ l3 fcdm illationē ꝯsequēs sit posterius antecedēte: tñ fm nām ꝛ ambitū cōitatis ꝯñs est prius antecedēte. ¶ Ad q̄rtū dicit'. ꝙ l3 in scdo mō arguatur a positiōe cōsequētis ad positionē antecedētis: tñ ibi nō sumit' causa apparētie ꝯuertibilitatis rōne cōseqñtie ꝑus facte sicut in pmo modo. ¶ Ad q̄ntū dicit': ꝙ arguēdo a cōiter accñtibus que se necessario cōsequunt' bene est locus dialecticus: sed arguēdo ab his que ꝯtingēter se cōsequunt': sic est tertius modus huius fallacie.

¶ Sequit' de fallacia fm nō causā vt causam. Ad cuius euidētiā sciēdū ꝙ duplex est sillus. s. ostēsiuus ꝛ ad ipossibile. Ostēsiuus ē qui h3 vnā solā ꝯclusionē. Sillogism' vero ad ipossibile est qñ aliqs sillogistice ducit' ad ipossibile ꝛ ꝑpter hoc iterimit' aliq̄ pmissarū q̄ erat causa illius ipossibilis. Vñ iste sillus semp h3 duas cōclusiones: vt cū dicit': est ne hō asin'. hoc cōcesso. Cōtra: nullus asin' est aial rōnale mortale. hō est asin': ergo hō nō est aial rōnale mortale: sed hoc ipossibile: ergo ꝛ ista: hō ē asinus ꝛ iste sillogismus est in q̄rto mō prime figure. Sciēdū ē eñi ꝙ nō causa vt causa semp fit i sillogismo ad ipossibile. Fallacia aūt fm nō cām vt causā fit qñ non causa ponit' vt causa: ꝛ ꝑpter hoc apparet sequi ipossibile: ꝛ illd qd apparet eē causa interimit': vt si q̄rat': est ne brunellus hō: quo cōcesso nullus asinus est aial rationale mortale: sed hō est asinus ꝛ brunellus est homo: ergo homo nō est animal rationale: hoc aūt est ipossibile: ergo brunellus nō ē homo. In hac eñi dicta argumētatione nō ē causa vt causa: q2 interimit' id quod apparet eē cā ꝛ nō ē. s. brunellus ē homo. Causa apparentie est ꝯueniētia huius quod apparet esse causa ꝛ nō ē cum eo quod est causa. Causa falsitatis ē diuersitas eorundē. tale enim exemplū ponit Aristoteles huius fallacie: vt querēdo sic: sitne anima ꝛ vita idem: quo concesso. Contra: mors ꝛ vita sunt contraria: sed mors ē corruptio: ergo vita generatio: ꝛ per cōsequēs viuere ꝛ generari: sed hoc est ipossibile: q2 quicquid viuit nō generat' sed generatū est: ergo aa ꝛ vita sunt idem. Hec conclusio peccat fm fallaciam fm nō causā vt cām: q2 ex hoc eñi ꝙ anima ꝛ vita sunt idem nō sequitur impossibile: ꝛ ita non debet interimi: sed ista. mors ꝛ vita sūt contraria: quia in omnibus his id quod nō est causa apparet esse causa: quia cōmunicat in terminis cum aliquibus propositionibus ex quibus sequitur impossibile. Ex istis patet ꝙ ista fallacia non fit sillogismo ostensiuo: vt ois homo currit: sortes est hō: ꝛ sol est in cācro: ergo sortes currit. hec nō est fallacia nō cause vt cause: quia hec propositio: sol est in cancro. nō est causa: neq3 apparet eē causa sicut apparet i sillogismo ad impossibile.

¶ Posiq̄ auctor ðterminauit de fallacia ꝯsequētis. h' ꝯsequēter determiat de fallacia fm nō causā vt causā: ꝛ q2 ista fallacia nō fit in sillogismo ostēsiuo: sed in sillogismo ad ipossibile: iō anteq̄ auctor ostēdat causas h' fallacie premittit vnā diuisionē sillogismi dicens: ꝙ sillogismus diuidit' per sillogismū ostēsiuū: ꝛ ad ipossibile: ꝛ dicit' sillogism' ostēsiu' q vnico ꝓcessu ex duab' premissis infert suā ꝯnē. S3 sills ad ipole est q ex duab' pmissis vna manifeste va ꝛ alia mãifeste falsa infert vnū manifeste falsū: ꝑp cui' falsitatē iterimit' aliq̄ pmissaꝝ: ꝛ sic ibi sunt plēs ꝓcessus ꝛ ꝑ plēs ꝯnes: ꝛ fm hoc differūt multiplr sillus ostensiuus: ꝛ ad ipole: q2 in sillogismo ad ipole sunt plēs ꝓcessus ꝛ plures cōclusiones: in alio vo est tñ vn' ꝓcessus ꝛ vna cōclusio. Et q2 sillogismus ostēsiuus pōt eē tam ex veris q̄ ex falsis: sed sillogism' ad ipossibile semp h3 aliquaꝝ pmissaꝝ falsam. aliter nunq̄ cōcluderet falsum vt hic: omne aial est asin' omnis hō est aial. ergo ois homo est asinus: cōclusio est falsa. ergo aliqua premissarū: nō minor. ergo maior. ꝛ fm talem ꝓcessum qñ iterimit' aliq̄ pmissarū cōmittitur presens fallacia.

Primo sciendum ꝙ premissa cā est que necessario facit ad illationē cōclusionis: ꝛ qua remota nō ampli' seqtur cōclusio in tali mō arguendi. Ex per oppositū pmissa nō causa est q̄ conuenit in subiecto vel ꝑdicato cū aliqua premissarū sillogismi: q̄ numerata cū illis nullo mō facit ad illationē cōclusionis: ꝛ ipsa posita vel remota nihilomin' ex alijs pmissis in tali modo arguēdi sequit' conclusio: vt hic. ois asinus est rudibilis: oē aial ē asinus: ois hō est aial. ergo ois hō est asin'. illa ꝓpō ois asin' ē rudibilis. ex pte sui subiecti ꝯuenit cū maiore: ꝛ adhuc ipsa remota eodē mō sequeret' cōclusio. Ex quo patet ꝙ ad nō cām vt cām duo requirunt'. Primo ꝙ talis premissa nō sit cā cōclusionis. Secūdo ꝙ habeat apparētiam cause ꝑpter hoc ꝙ ꝯuenit cū alijs pmissis: ideo si in sillogismo ponat' aliqua pmissa nō causa que nō cōuenit in subiecto vel ꝑdicato cū aliqua pmissaꝝ ibi nō erit nō cā vt cā: l3 ibi bene sit nō ꝑpter hoc accidere falsum.

Secundo sciēdū ꝙ causa apparētie hui' fallacie est ꝯueniētia premisse nō cause cū premissa causa in subiecto vel ꝑdicato: ꝑpter quā credimus ꝙ sicut pmissa causa facit ad illationē cōclusionis false: ita premissa nō causa inferat talē ꝯclusionē: ꝛ ꝑpter hoc debeat interimi. Et ei' cā defectus est diuersitas pmisse nō cause ab alijs. Et fm h sic diffinit' hec fallacia ꝙ ē idoneitas decipiēdi ꝓueniens ex apparēti ꝯueniētia pmisse nō cāe cū premissa causa. Ex qbus apparet ꝙ hic nō cōmittit' fallacia nō cause vt cāe. sol ē in cancro: omne aial est asin': ois hō est aial. ergo ois hō est asinus: ꝯclusio est falsa. ergo aliq̄ premissarū ꝛ nō nisi ista. sol est in cancro. illa eni pmissa nō causa nō ꝯuenit in subiecto vel predi

cato cum alys premissis. ideo ibi non est causa apparen-
tie huius fallacie.

Tertio sciendū q̄ hec fallacia sicut dictū est prīus semp in sillogismo ad ipossibile hz fieri. Cui9 rō est: q̄r hec fallacia cōmittit q̄n ex falsitate ɔclōnis fit male regressus ad itermediū aliquā p̄missarū q̄r itermitur vna p̄missa que nō erat causa falsitatis ɔclōnis: s; ta-lis regressus a falsitate ɔclōnis ad itermediū aliquā pre-missarū solū fit in sillogismo ad ipossibile: ⁊ nō in sillogis-mo ostēsiuo: iō ista fallacia tm̄ fit in sillogismo ad ipossibi-le. ideo dicit Arist. in scđo poꝝ: q̄ semp in sillogismo ad i-possibile supfluit vna p̄missa que nullo mō facit ad illati-onē ɔclusionis: ⁊ per hoc differt hec fallacia ab oībus alys. ⁊ etiā per suas causas apparētie ⁊ defectus.

Quarto sciēdū: q̄ huius fallacie p̄nt assignari duo modi. Primus modus est q̄n p̄missa nō ex pte subiecti ɔuenit cū p̄missa cā. vt h. oīs asin9 ē rudibilis. oē aīal ē asin9. oīs hō est aīal: ergo oīs hō ē asin9. ɔclō ē falsa: ergo aliq̄ p̄missarū ⁊ nō nisi ista: oīs asin9 est rudibilis. vn̄ male fit regressus a falsitate ɔclōnis: cū falsitas ɔclu-sionis ibi veniat ex pte hui9 ppōnis: oē aīal est asin9. Se-cūdus modus ɔuenit ex ɔueniētia p̄misse nō cause in p̄-dicato cū p̄missa cā. vt oē aīal ē asin9. oīs equus ē aīal: oīs hō ē aīal: ergo oīs hō ē asin9. ɔclō est falsa: ergo aliq̄ p̄mis-sarū: ⁊ nō nisi ista. oīs equus est aīal.

Sed contra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic. oīs sillogism9 est ostēsiuus: q̄r ostēdit aliquā ɔclu-sionē: ergo sillogism9 ad ipoīe est ostēsiuus q̄re diuisio il-la est insufficiēs. ¶ Secūdo sic in oī fallacia est nō cā vt causa. cū in qualibet aīo videat̄ esse cā ɔsequētie: lz tn̄ nō sit ergo s̄m nō causaz vt causaz nō sumit̄ aliqua specialis fallacia. ¶ Tertio sic. sicut se habēt ens ⁊ nō ens: ita cā ⁊ nō cā sed ens ⁊ nō ens nullo mō ɔueniūt: ergo nec causa ⁊ nō cā: quare cā apparētie huius fallacie nō ē ɔueniētia nō cause cū cā. ¶ Quarto sic: bonus sillogism9 simplici-ter ⁊ fallacia nō possunt esse simul in eodē sed vbi est nō cā vt causa ibi est bon9 sillogismus simplr̄: ibi nō ē falla-cia ex ɔueniētia nō cause ⁊ cāe. ¶ Qnito sic: ista fallacia ɔuenit ex parte p̄misse nō cause: sed illa semp ponit̄ in p̄-mo discursu sillogismi ad ipossibile. qui est ostēsiu9: ergo in illo cōmittitur ista fallacia.

Ad argumenta. Ad p̄mū istorū dicit̄: q̄ lz sil-logismus ad impossibile s̄z p̄-mū ɔcessuz eius sit ostēsiuus. nō tn̄ s̄m totū eius ɔcessū: q̄r ille ɔcessus p̄mus finaliter ordinat̄ ad intermediū ali-quā p̄missaruz eius ex falsitate ɔclusionis. ¶ Ad secūdū dicit̄: q̄ si capiat̄ nō causa vt causa gn̄aliter pro omni illo qđ hz modū nō cause vt cause: sic in q̄libet fallacia repit̄ nō causa vt causa. sed si capiat̄ sp̄aliter sicut p̄us diffinita ē sic solū reperit̄ in ista fallacia. ¶ Ad tertiū dicitur. q̄ lz causa ⁊ non causa formaliter accepte q̄ntuz ad istas inten-tiones nō ɔueniāt inter se tamē m̄aliter capte pro p̄mis-sis simili bene possunt ɔuenire in subiecto vel p̄dicato. ¶ Ad quartuz dicit̄: q̄ ista fallacia nō cōmittit̄ in p̄mo processu sillogismi ad impossibile: sed in vltima illatione quādo interimit̄ premissa que nō dz interimi ⁊ sic s̄m di-uersa est ibi sillogismus ⁊ fallacia. ¶ Ad q̄ntū dicit̄: q̄ lz p̄missa nō causa ponat̄ in p̄mo ɔcessu sillogismi ad ipossi-bile: ⁊ ibi sit causa apparētie huius fallacie. tn̄ ibi non cō-mittit̄ defectus nisi in vltimo ɔcessu destruēdo p̄missaz que nō est causa ɔclusionis: ⁊ s̄m illū ɔcessuz talis sillo-gismus dicitur ad impossibile.

¶ Propositio plures est illa in qua plura p̄di-cant̄ de plurib9: vel plura de vno: vel vnū de plurib9: vt sortes currit ⁊ disputat. vel sic: ē ne hic vel hic hō demōstrato sorte ⁊ brunello: vt sortes ⁊ plato currunt ⁊ disputant. Proposi-tio vna autē est in qua vnū predicatur de vno ⁊ hoc quadrupliciter: siue vnū numero: vt hō est risibilis: siue vnū specie: vt sortes ē homo. siue vnū genere: vt sortes est animal. siue vnū s̄m prius ⁊ posterius: vt homo est ens: aīal ē sanū: siue predicantur plura ex quibus fit vnū: vt homo est animal rationale mortale. Scđz plures iterrogationes fiunt paralogismi quā-do ad interrogationes plures datur vna respō-sio. Causa apparentie huius fallacie est vni-tas interrogationis complexe. Causa falsita-tis est pluralitas ipsi9. Duo sunt modi hui9 fal-lacie. Primus modus ē q̄n plura in singulari numero subijciunt̄ vel predicant̄: vt hic: est ne hic ⁊ hic hō: dmōstrato sorte ⁊ brunello. si di-cat̄ sic: ḡ brunellus est hō. si nō. ergo sortes nō est homo. Non enī bene respondit quādo fe-cit responsionem vnam ad iterrogationē plu-res: sed debet respondere: verum est pro vno ⁊ falsum est p alio. Secundus modus ē quā-do plura in plurali numero subijciuntur vel predicantur: vt sunt ne ista bona vel nō bona: demonstratis bono ⁊ nō bono. si dicit bona. er-go bonum est malū. si nō bona. ergo bonū nō est bonum: debuisset enī respondere bonum ē bonuz: ⁊ malū est maluz. Si aūt concedat ali-quis homo dari diffinitōes simili modo in sin-gulari ⁊ in plurali: vt cecum est aptum natuz videre ⁊ nō videt: ⁊ ceca sunt apta nata vide-re ⁊ nō vidēt: nō effugiet redargutionem: de-monstrato vno ceco ⁊ altero vidēte: ⁊ dicatur sic: sūt ne illa ceca. si ceca. ergo illud ē cecū de-monstrato vno vidēte. nō. n. dicebat illū ēē ce-cum ⁊ illū esse videntē: sed dabat vnā respon-sionem eo q̄ ɔcessit q̄ siīs daret̄ diffinitio in singulari numero ⁊ in plurali.

¶ Postq̄ auctor determinauit de fallacia s̄m nō cām vt cām. Hic ɔn̄r determinat de fallacia s̄m plures iterroga-tiōes vt vnā. Et ad ostēdendū qđ sit iterrogatio plures ipsam p̄mo sic diffinit. Propositio plures est in q̄ p̄dican-tur plura de vno vel vnū de plurib9 vl̄ plura de plurib9. Exēplū p̄mi: vt sor. currit ⁊ mouet̄. Exēplū scđi: vt sortes ⁊ plato currūt. Exēplū tertij: vt sortes ⁊ plato currunt et disputāt. Et dr̄ talis ppō plures: q̄r designant̄ plures ha-bitudines cōpositiōis p̄dicati cū subiecto: ⁊ illa ppō non hz tn̄ vnū significatū: s; plā. Et p oppositū ppō vna ē in q̄ p̄dicat̄ vnū de vno: siue illud sit vnū in nūero: vt sor. ē iste hō: siue sit vnū in spē. vt sor. est hō. siue vnū in gn̄e: vt sortes est aīal: siue vnum in analogia vt sortes est ens. Et q̄ñq; ponunt̄ plures dictiōes q̄ se hn̄t vt determinatio ⁊ determiabile ⁊ faciūt vnū in nūero: ⁊ tūc ppō ē vna sim-pliciter: vt sortes est hō albus: ⁊ sortes est aīal rōnale.

Primo sciēdū q̄ enūciatio ppō ⁊ interrogatio sūt idem s̄m rē: lz rōne differant: q̄r dr̄ enūcia-

tio vt eſt ſignificatiua veri vel falſi abſolute: ꝛ ppō vt eſt
iter⁹ oñſiua. ꝛ ponit̄ p alio. ſ. p ꝯclōne infereñda. Sʒ dr̄
iterrogano p q̄to ſumit̄ cū ſigno interrogatiuo. ꝛ q2 ſunt
ide realr ppō ꝛ iterrogatio. iō ſicut aliq̄ eſt ppō vna ꝛ ali
qua plures. ita etiā eſt q̄dā interrogatio vna in q̄ interro
gat vnū de vno. ꝛ q̄dā interrogatio plures in q̄ iterrogā
tur plura de vno: vel vnū de plurib⁹: vel plā de plurib⁹:
dupli tñ pt fieri iterrogatio plures: vno mō ſʒ ſignifica
tatū: vt dicēdo vtrū canis currit. ꝛ talis iterrogatio plu
res cauſat equocatōeʒ vel amphibologiā. Alia aūt ē iter
rogatio plēs ſm voces ꝛ ſignificata ſil'. vt eſt ne ſor. ꝛ bru
nellus hō. ꝛ illa cāt iſtā fallaciā: ꝛ de tali ē hʼ ad ppoſitū.

Secundo ſciēdū q̄ cauſa apparētie huius fallacie eſt ꝯueniētia iterrogatōis plures ad in terrogationē vnā. Rōne cui⁹ credimus q̄ ſicut ad interrogationē vnā daṫ tñ vna rñſio q̄ etiā ad interrogatione plures ſit vna dāda vna rñſio: ꝛ nō debʒ attēdi iſta cōueniētia ſolū ex parte vocis: ſʒ etiā ex pte reꝝ interroga tarū: q̄ in interrogatiōe plures accipiūtur p modū vnius. Sʒ cā defectus huius fallacie eſt diuerſitas iterrogatoꝝ ſignificatoꝝ iterrogatōis plures: ꝛ ſm hoc ſic diffinitur hec fallacia q̄ ē idoneitas decipiēdi pueniēs ex conuenietia interrogatōis plures ad iterrogatōeʒ vnam.

Tertio ſciendū q̄ huius fallacie ſunt duo modi. primus eſt qñ in interrogatōe plures plā in ſingulari numero ſubijciunt̄ vel p̄dicātur: vt ſi q̄rat̄. eſt ne ſor. ꝛ brunellus hō: ſi detur vna rñſio affirmatiua tūc inferṫ q̄ brunellus ē hō: ꝛ ſi negatiua tūc inferṫ q̄ ſor. non eſt hō. Secūdus modus eſt qñ in tali iterrogatiōe plura ſubijciunt̄ vel p̄dicant̄ in plurali numero: vt demonſtrato vno ceco ꝛ vno vidēte ſi q̄raṫ vtrū iſti duo ſūt ceci vel vidētes. ſi dicat̄ q̄ ſic. tūc inferṫ. ḡ cecus eſt vidēs. ſi dicat̄ q̄ nō: tūc iferṫ. ḡ vidēs nō videt. Et ita ſi rñdens det vnicā rñſionē ſemp ducet̄ ad aliq̄ metā ꝟe vel apparēter. vñ nō dʒ dari vnica rñſio: ſed plures: dicēdo demōſtrato ceco q̄ ipſe nō videt ꝛ demōſtrato vidēte q̄ videt.

Quarto ſciēdum q̄ iſta fallacia p p̄us cauſat deceptionē in iterrogādo ppōnes plures q̄ꝫ paralogizādo: q2 ibi fit deceptio rñdētis qñ ad iterrogatio nē plures dat ſolūmō vnicā rñſionē: ꝛ ſi nō det vnā rñſio nē nō pōt palogizari ſʒ palogiſmos hu⁹ fallacie q̄ꝫ ius illa rñſio nō ſit de eētia b⁹ fallacie vel palogiſmoꝝ: ſʒ eſt ſine q̄ nō fieret deceptio. Et qñ rñdēs ad taleʒ interrogatōeʒ dat vnā rñſionē pōt duci vere vel apparenter ad incōueniēs: q2 iterrogatio plēs eſt ꝟa p vtraq̄ pte: vl' fal ſa p vtraq̄ pte. vel ꝟa p vna ꝛ falſa p alia. ſi ſit ꝟa p vtra q̄ pte: tūc ſi rñdens rñdet negatiue pōt duci ꝟe ad redargutiōeʒ. ꝛ ſi affirmatiue ducet̄ apparēter ad incōueniēs: q2 videbit̄ ignorare multiplicitatē iterrogatoꝝ. ſi ſit fal ſa p vtraq̄ parte ſic fit ecōuerſo. ꝛ ſi in pte ꝟa ꝛ in pte fal ſa tūc ſi rñdēs det vnā rñſionē affirmatiue ꝯcedit equa liter vnā copulatiuaʒ cui⁹ altera ps eſt falſa: ꝛ ſic ꝟe du cetur ad redargutiōeʒ. ꝛ ſi det vnā reſponſionē negatiue: negat equalēter vnā copulatiuaʒ cuius altera pars eſt vera: ꝛ ſic ducet̄ apparēter tñ ad incōueniens.

Cōtra predicta argunt̄ p̄ ſic. in iſta. oīs hō currit p̄dicat̄ vnuʒ de plurib⁹: ꝛ tñ nō eſt ppō plures. ḡ ꝯ diffinitioneʒ eius. ⸿ Scdō ſic. iſta. ſor. currit. ꝛ plato diſputat. ē vna copulatiua. ḡ eſt p poſitio ꝯiunctōe vna. ꝛ p ꝯñs male dcm̄ eſt q̄ ſit ppō plures. ⸿ Tertio ſic. in iſta ſortes eſt hō ꝛ aſin⁹ p̄dicat̄ vnū in gñe de vno: ꝛ tñ ibi nō eſt ppō vna. ḡ ꝯtra diffinitiōeʒ. ⸿ Quarto ſic. q̄cūq̄ ſunt plura ſunt in plurali numero ſ plura nunq̄ ſubijciunt̄ in ſingulari numero nec predicant̄. ꝛ per ꝯñs male ponit̄ p̄mus modus huius fallacie ⸿ Quito ſic. tot ſūt modi b⁹ fallacie quot modis fit iterrogatio plures: ſʒ iterrogatio plēs fit tribus modis. vt pʒ ex diffōne eius. ḡ male ponunt̄ tñ duo modi b⁹ fallacie.

Ad argumenta. ⸿ Ad p̄⁹ dr̄. q̄ in iſta. oīs hō currit. p̄dicat̄ vnū de plurib⁹ acceptis p modū vni⁹: q2 hō ibi tenet̄ p oīb⁹ pticularib⁹ hoib⁹ inq̄tū ꝯueniūt ſub ſuo ſignificato cōi q̄d eſt hūanitas: ſʒ ibi nō p̄dicat̄ vnū de plurib⁹ acceptis p modū pluriū. vñ illud q̄d ſubijcit̄ ibi eſt vnū. lʒ ſuppoſita p q̄b⁹ tenet̄ ſint diuiſo. ⸿ Ad 2ᵐ dr̄. q̄ lʒ copulatiua ſit aliq̄ mō vna. ſ. ꝯiunctōe. ꝛ ſm q̄d. eſt tñ ſimplr̄ plures: q2 affirmat plures cathegoricas ſil': q̄rū vna pōt eſſe ꝟa ꝛ alia falſa. ꝛ ſili mō ē de ꝯditōali ꝛ disiunctiua. ⸿ Ad 3ᵐ dr̄. q̄ lʒ hō ꝛ aſin⁹ ſint vnū in gñe: tñ i illa ppōne. ſor. eſt hō ꝛ aſin⁹ nō. enūerant̄ p modū vni⁹ in gñe: ſʒ p modū diuerſoꝝ i ſpē. ſō ibi ē ppō plēs. ⸿ Ad 4ᵐ iſtoꝝ dr̄. q̄ ſi capiat̄ nūerus plural' vt ē paſſio reꝝ: q̄cūq̄ ſūt plura ſūt in plāli nūero: ſʒ ſi capiat̄ vt ē paſſio terminoꝝ ſinglariū. ꝛ ē vn⁹ modus ſignificādi: ſic plā pñt accipi i ſinglari nūero ꝛ nō ſemp i plurali. ⸿ Ad 5ᵐ iſtoꝝ argumentoꝝ dr̄. q̄ lʒ in ſpāli poſſint eē tres modi b⁹ fallacie vel ēt plures trib⁹: tñ i gnāli ſunt tñ illi duo modi p̄us poſiti ſub q̄bus oēs alij ſpāles modi ꝯtinent̄: quolibʒ. n. illoꝝ triplr̄ fit variatio paralogiſmoꝝ ſm triplicē modū interrogationis plures.

⸿ Poſt hec aūt reducendū eſt oēs fallacias ad ignorātiā elēchi. Reducere aūt oēs ad ignorātiā elēchi eſt oſtēdere qualr̄ fallacia q̄libet pecceat ꝯtra aliquā pticulā in diffōne elēchi poſitā: aut rōne ſyllogiſmi aut ꝯdictiōis. Sicut enim diis adueniens gñi ꝯſtituit ſpeciē: ita rō cōtradictionis adueniēs ſyllogiſmo ꝯſtituit elēchū: Vñ qcqd eſt in elencho: aut eſt in eo rōne contradictionis: aut rōne ſyllogiſmi. Dicit enim Ariſto. q̄ diuidenduʒ eſt omnes ſyllogiſmos apparentes ꝛ elenchos: aut omnes reducēdū eſt ad ignorantiam elenchi. Equocatio ꝛ amphibologia ꝛ figura dictionis reducuntur ad ignorantiaʒ elenchi: eo q̄ duplex eſſe impedit ſillogiſmū ꝛ ꝯtradictionē. Sed cōpoſitio ꝛ diuiſio accentus reducunt̄ ad ignorantiā elēchi: in eo q̄ nō eſt oratio eadem vel idem nomē: ſʒ differens: oportet autem hoc. ſ. nomē ꝛ ratio nem eſſe eadem quemadmodum ꝛ rem ſi debeat eſſe elenchus. Qui ꝟo ſcdm accidens ſiunt manifeſti ſunt diffinito ſyllogiſmo: q2 fiūt cōtra particulam in diffinitione elēchi poſitaʒ .ſ. neceſſe eſt aliud accidere per ea que poſita ſunt ꝛ conceſſa. Et ſcdm hāc fallaciam que ē ſcdm accidens: artifices ꝛ ſcientes ſepe ab inſcijs redarguunt̄ facientibus ſillogiſmos ꝯtra ſapientes: nam ſcdm accidens faciunt ſillogiſmos apparētes. Qui ꝟo ſiūt ſcdm q̄d ad ſimpliciter reducunt̄ ad ignorantiaʒ elenchi: q2 de eodem nō eſt affirmatio ꝛ negatio: vt ethiops eſt alb⁹ ſcdm dentes: ergo eſt albus. Manifeſti autem ſunt ſillogiſmi qui pri⁹ dicti ſunt ꝛ quales nūcupantur. Qui ꝟo fiunt ſcdm id q̄d petit̄ in principio ꝛ nō cauſam vt cauſam

peccant manifeste ꝯtra diffinitiõez sillogismi: qꝛ i sillogismo opꝫ seq aliud de necessitate: qđ nõ erat in principio: ⁊ sic opꝫ ꝙ premisse sint causa ꝯclusionis sillogismi. Qui vero secũdũ ꝯñs reducunt sicut illi qui fiunt secũdũ accñs. Qui secundũ plures interrogatiões vt vnã reducunt ad elenchũ: eo ꝙ peccãt ꝯtra vnitatez ꝓpõnis. Ibi.n. nõ sumitur ꝓpositio vna: ⁊ p ꝯñs nec ꝓpositio: nã eadem est diffinitio vniꝰ rei ⁊ rei: vt hominis ⁊ vnius hominis: simile aũt ẽ in alijs. Unde ꝓpositio vna vnũ de vno affirmat: sed nõ est ita in ꝓpõne plures: in qua predicantur plura de vno vel vnũ de pluribꝰ: ⁊ ꝓpter hoc peccant cõtra vnitatem ꝓpõnis. Item omnes fallacie in dictõe ⁊ secũdũ qđ ad simpliciter reducunt ad ignorãtiaz elenchi: eo ꝙ peccat ꝯtra ꝯtradictiõem. Omnes aũt alie fallacie extra dictiõez reducũtur in hoc ꝙ peccant ꝯtra diffinitionẽ sillogismi. Et hec de fallacijs Petri hispani dicta sufficiant.

¶ Postꝙ̃ auctor supius determinauit de vnaquaqꝫ fallacia fm se. Hic ꝯñter determinat de ipsis p cõpatiõez ad elenchũ ostẽdẽdo quõ oẽs deficiũt ꝯ rõnẽ elenchi: ⁊ p hoc reducunt ad ignorãtiã elenchi. Reducere aũt fallacias ad ignorantiã elenchi est oñdere quõ qlibet fallacia peccat ꝯ aliq̃ꝫ dñam elenchi siue hoc sit rõne sillogismi siue rõne ꝯdictõis. cõtradictio.n. est vltima differentia elenchi: ⁊ sicut dñtia adueniẽs generi ꝯstituit spẽm sic ꝯtradictio adueniens sillogismo dyalectico ꝯstituit elenchũ.

Primo sciendũ ꝙ ignorãtia elenchi vt ꝑus dcm ẽ accipit dupl'r. Uno mõ spãliter p omissione vnius illaꝝ q̃tuor dñtiaꝝ elenchi. s. ad idem fm idẽ similr ⁊ in eodem tpe que sibi conueniũt rõne contradictiõis tñ: ⁊ sicut fm ignorantiã elenchi sumit vna fallacia specialis. sed illo mõ nõ accipitur hic. nec ad ipsaz alie fallacie reducunt. Alio modo capit generaliter pro ignorãtia cuiuslibet particule elenchi siue illa dñã sit ex pte sillogismi vel ꝯtradictionis. ⁊ hoc modo fm ignorãtiam elenchi nõ sumit vna fallacia spãlis: sꝫ hoc mõ ignorãtia elenchi cõis est ad oẽs fallacias: ⁊ hoc mõ accipit hic.

Secũdo sciẽdũ ꝙ oẽs fallacie in dictõe quantũ ad suos paralogismos hñt reduci ad ignorãtiã elenchi cõiter acceptaz. Et rõ est: qꝛ reducere ipas ad ignorãtiã elenchi est oñdere quõ oẽs deficiũt ꝯ rõnẽ elꝰ: sed oẽs fallacie in dictõe peccant ꝯ rõnem elenchi: qđ pꝫ in dictiõe. vñ ad rõnem sillogismi ⁊ ꝯtradictõis requiritur vnitas rei ⁊ nois simul: sed in equiuocatõe amphibalogia ⁊ figura dictionis nõ est vnitas rei: qꝛ ibi dictio vel oṫo accipitur pro diuersis significatis ⁊ multipliciter similiter in compõne ⁊ diuisione nõ est vnitas vocis neqꝫ rei qꝛ nõ est ibi eadem oratio fm modũ proferẽdi. ⁊ silr in fallacia accentus deficit vnitas rei ⁊ nominis simul. ⁊ sic omnes fallacie in dictõe peccant contra elenchũ.

Tertio sciẽdũ ꝙ silr oẽs paralogismi fallaciaꝝ ex̄ dictione peccãt ꝯ elenchũ. ad elenchũ.n. requiritur ꝯclõnẽ de necessitate accidere hoc est sequi ex pmissis: sed in fallacia accñtis cõclusio nõ sequit de necessitate. iõ peccat ꝯtra rõnẽ elenchi. ⁊ qꝛ fallacia ꝯñtis est pars fallacie accñtis: nõ tñ pars subiectiua. sed materialis: qꝛ fꝫ vt inferius ad ipsam rõne terminoꝝ in qbus fit. iõ cõsimiliter fallacia ꝯñtis peccat contra rõnem elenchi.

Sꝫ paralogismi fallacie fꝫ qđ ad simplr ⁊ ignorãtia elenchi nõ faciunt ꝯdictionẽ simplr: qꝛ in ipsis nõ est affirmatio nec negatio eiusdẽ d eodẽ ad idẽ fm idẽ silr ⁊ in eodẽ tpe. iõ peccãt ꝯ elẽchũ rõne ꝯdictõis. Sꝫ paralogismi petitiõis pncipij nõ de necitate oñdũt suã ꝯclõnez: sꝫ in ipsis ꝯnumerat qđ erat in pncipio. Silr in fallacia nõ cause vt causa nõ fit pbatio ꝯclõnis. iõ ille fallacie peccant ꝯ sillogismũ pbatiuũ. ⁊ p ꝯñs ꝯ elenchũ. Itẽ ad elenchũ requirit rõne sillogismi ꝙ q̃libꝫ pmissaꝝ sit ꝓpositio vna: sed in fallacia fm plures interrogatiões vt vnã nõ sumit ꝓpositio vna: sꝫ plures q̃ nõ est ꝓpositio simplr: qꝛ eadẽ est rõ ꝓpõnis ⁊ ꝓpõnis vniꝰ sic est eadẽ rõ hoĩs ⁊ hoĩs vniꝰ. iõ illa fallacia peccat ꝯ elenchuz. Et sic pꝫ inductiue ꝙ oẽs fallacie reducunt ad ignorãtiã elenchi p hoc ꝙ paralogismi eaꝝ hñt aliq̃ꝫ cãm defectus cõtra elenchũ.

Quarto sciendũ ꝙ in paralogismis duplex repit causa defectꝰ. Prima est ex pte reꝝ vel dictionũ qbꝰ fit disputatio p quã oẽs paralogismi deficiũt ꝯ elenchũ. Alia aũt repit ex parte rñdentis q̃ est ignorãtia proprie cause defectꝰ ipsius paralogismi ꝓpter quẽ rñdens decipit. pma est actiua respcũ deceptiõis. secũda vo passiua. pma est essentialis paralogismis. scđa vo accñtalis ⁊ extrinseca. ⁊ lꝫ illa sit accñtalis. tñ paralogismi non pñt causare deceptionẽ respõdẽtis sine tali cã defectꝰ: ⁊ ideo in q̃libet fallacia est vna cã defectꝰ ex pte nñ vt posset videri inductiue. vñ in equiuocatione decipimur: eo ꝙ ignoramus pluralitatẽ significatoꝝ dictionis actualr existẽtẽ ⁊ in amphibologia p hoc ꝙ ignoramꝰ diuersa significata orõnis actualr vniꝰ: ⁊ silr in q̃libet fallacia ignorãtia proprie cause defectꝰ in respõdẽte est cã defectꝰ ⁊ deceptiõis rñdentis. Ex pdictis ergo manifestũ est que ⁊ quot sunt fallacie tam in dictiõe q̃ꝫ ex̄ dictionẽ: ⁊ que sunt cause apparentie ⁊ defectꝰ earũ: ⁊ quot sunt modi in qualibet fallacia: ⁊ quõ oẽs reducunt ad ignorãtiã elenchi.

Sed cõtra pdicta arguit pmo sic. in singulis fallacijs ostẽse sunt cause apparentie ⁊ defectꝰ eaꝝ: g̃ hic supflue determinat de defectu earũ. ¶ Secũdo sic. passio solũ ꝯuenit subiecto: sed ꝯdictio est passio enũciationis: g̃ nõ ꝯuenit sillogismo: neqꝫ elẽcho. ¶ Tertio sic. nullũ pfectũ hꝫ reduci ad impfectũ: sed magis ꝯtrario: sed fallacie in dictione ⁊ fallacia accñtis sunt pfectiores fallacia ignorantie elenchi: ergo. ¶ Quarto sic. in fallacia ignorantie elenchi ifert vo ꝯtradictio in ꝯclusione: ergo illa fallacia non peccat ꝯtra rõnẽ ꝯdictiõis. ¶ Quinto sic. in fallacia petitionis pncipij ꝯñs necessario sequit ex antecedẽte: ergo male dicitur in textu ꝙ in petitiõe principij cõclusio non accidit de necessitate.

Ad argumẽta. Ad pmũ dr̃. ꝙ lꝫ ꝑus ostẽse sunt cause fallaciarũ fm se. nõ tamẽ ostẽsum est quõ ille cause defectꝰ faciũt defectũ ꝯ rõnẽ elẽchi. ideo hic nõ supflue determinat de causis defectꝰ fallaciaꝝ p cõpatiõnẽ ad elẽchũ. ¶ Ad scđm dr̃. ꝙ lꝫ ꝯdictio pmo ⁊ p se soli ꝓpõni cõueniat: tñ ex ꝯñti põt ꝯuenire sillogismo rõne sue ꝯclõnis aut alicuiꝰ pmissarũ q̃ ꝯdicit ꝓpositiõni rñdẽtis. ¶ Ad 3ᵐ dr̃. ꝙ lꝫ fallacie in dictiõe sint pfectiores fallacia ignorãtie elenchi que est vna fallacia spãlis. nõ tñ sunt pfectiores fallacia ignorãtie elẽchi vt ẽ cõis ad oẽs alias fallacias: qꝛ illa eminẽter ꝯtinet i se cas aliarũ fallaciarũ. ¶ Ad q̃rtũ dr̃. ꝙ lꝫ in paralogismis ignorãtie elẽchi sit vo ꝯdictio in ꝯclõne: tñ nõ necessario ifert. sꝫ appareter solũ ex apparẽti ꝯdictiõe pmissarũz. ¶ Ad q̃ntũ dr̃. ꝙ lꝫ in petitione pncipij ꝯclõ sequat de necessitate q̃tũ ad illationẽ nõ tñ ostẽdit de necessitate q̃tũ ad pbationẽ vt pbet ipsaz eẽ necessariã: qđ tñ requirit ad veꝝ elẽchũ: iõ p h̃ ista fallacia sicut oẽs alie reducit ad ignorãtiã elẽchi. Et hꝰ de fallacijs vcã sufficiãt.

¶ Tractatus septimus de paruis logicalibus incipit.

EOrū q̄ dicūt q̄dā dicūt cū cōplexione vt homo currit. Quedā sine complexione: vt homo: q̄ est terminus incomplexus.

¶ Iste ē septim⁹ tractat⁹ sūmulaꝝ magistri Pe.hi. in q̄ deteriat de puis logicalib⁹. ꝛ p̄ de q̄daꝫ ꝓpetate termini q̄ suppō dr̄. Qui q̄dē tractatus p̄ma sui diuisiōe diuidit̄ i duas ptes. In p̄ma p.h. ponit aliq̄ p̄ambula valētia ad itelligēdū suppōnē ꝛ spēs ei⁹. In 2ª pte determinat de ipsa suppōne. Scḋa ps icipit ibi: suppō ē acceptio. Itē p̄ma ps diuidit̄ in duas. In p̄ma ponit duas diuisiones. In scḋa ponit diuisiōnē termini. Est ḡ p̄ma diuisio talis. Eoꝝ q̄ dicūt q̄dā dicūt cum ꝯplōne: vt hō currit. q̄dā sine ꝯplōne: vt hō p se vel aial p se. Cui⁹ diuisiōnis rō ē: q̄z cuilꝫ voci significatiue ad placitū correspōdet cōceptus simplex vel ꝯplexus. si p̄mū sic sunt ea q̄ dicūt sine cōplōne. si scḋm sic sunt ea q̄ dicūt cū cōplōne.

Primo sciēdū q̄ hui⁹ tractat⁹ sic̄ ꝛ alioꝝ q̄ttuor sūt cāe. s. efficiēs mālis: formal: ꝛ finalis. cā efficiēs fuit magr̄i P.h. q̄ hūc tractatū a diuersis libris logice exhibit. Cā mālis ē termin⁹ supponēs q̄ dr̄ subꝫ attributiōis hui⁹ tractat⁹. Cui⁹ rō ē: q̄z ibi ꝯsiderat̄ vox ꝛ significatio q̄ sūt p̄ncipia termini supponētis: ꝛ suppō q̄ ē ꝓpetas ei⁹: ꝛ termin⁹ vl̄is ꝛ pticularis q̄ sūt ptes subīectiue termini supponētis. ḡ termin⁹ supponēs ē subꝫ h⁹ tractat⁹. Cā āt formalis ē duplex. s. forma tractat⁹ q̄ ē diuisio h⁹ tractat⁹ i duas ptes p̄ncipales vt dcīs ē. Et forma tractādi q̄ ē diffinitiua: diuisiua. ꝛ exēploꝝ positiua. Sꝫ cā final̄ ē duplex. s. itrīseca q̄ ē ꝯpleta cognitio termini supponētis. ꝛ extrīseca ē cognitio enūciatiōis ꝛ cuiuslꝫ argumētatiōis.

Secundo sciēdū q̄ iste tractat⁹ ē vtilis ad cogscēdū vitatē ꝛ falsitatē enūciationis. q̄z suppositio ē q̄dā ꝓpetas p̄ncipioꝝ enūciatiōis: ex q̄rū mutatiōe sepe variat̄ vitas vl̄ falsitas i enūciatiōib⁹. Est ēt vtilis ad argumētatiōes sophisticas cogscēdas: ꝛ spāl̄r ad argumētatiōes fallacie figure dictiōis q̄ ꝓuenit ex diuersa suppōne termioꝝ. vn̄ aliq̄ hūc tractatū ordināt post tractatū fallaciaꝝ: ꝛ istud cōiter ē i plib⁹ textib⁹: sꝫ meli⁹ vr̄ ordinādus ē post tractatū p̄dicamētoꝝ: q̄z i isto tractatu deteriat̄ de termio icōplexo sic̄ i tractatu p̄dicamētoꝝ. valꝫ ēt iste tractat⁹ ad noticiā enūciationis ꝛ fallaciaꝝ: ꝛ gnāliter ad noticiā cuiuslibꝫ argumētatiōis.

Tertio sciēdū q̄ hec diuisio p p aliū ꝛ aliū finē ponitur h̄: ꝛ in an̄p̄dicamētis: q̄z in an̄p̄dicamētis ponit̄ vt p ipsaꝫ sciat̄ q̄ sūt reponibilia i p̄dicamēto cuiusmodi sūt termini incōplexi: sꝫ h̄ ponit̄ vt p eā sciatur q̄ termini supponūt: cuiusmodi sunt termini incomplexi: ꝛ q̄ nō: cuiusmodi sunt cōplexi.

Quarto sciēdū q̄ sic̄ dcīū ē in an̄p̄dicamētis q̄ in diuisiōe an̄p̄dicamētale dicibile q̄d ē diuisūꝫ capit̄ large vt idē ē q̄d significabile p vocez ꝛ nō vt idē ē q̄d p̄dicabile: ita in ista diuisiōe dicibile capit̄ large ꝓ oī eo q̄d dicēdo ꝓfert̄: al̄ ꝯplexū n̄ ꝯtineret sub diuiso. ꝛ p h̄ pꝫ titul⁹ cāe ordo ꝛ vtilitas h⁹ tractat⁹ ad p̄cedētes.

Sed cōtra p̄dcā arguit̄ p̄ sic: ista diuisio ē vnū an̄p̄dicamētū. ḡ nō dꝫ h̄ poni. ¶ 2º sic: icōplexū ē ps ꝯplexi. ḡ nō dꝫ diuidi ꝯ ꝯplexū: ꝛ sic p̄dcā diuisio ē isufficiēs. ¶ 3º sic: termin⁹ supponēs ē q̄d cōplexūꝫ. ḡ nō ē subꝫ attributiōis h⁹ tractat⁹. ¶ 4º sic: vnusq̄sq̄ tractat⁹ dꝫ denoiāri a suo subto attributiōis: sꝫ iste tractat⁹ denoiat̄ a suppōne. ḡ suppō dꝫ eē subm attributionis ei⁹. ꝛ per ꝯn̄s terminus supponēs nō est h̄ subꝫ attributiōis. ¶ 5º sic: nullū ens p accn̄s est subm attributiōis: sꝫ terminus supponens est ens p accn̄s q̄z addit̄ enti p se. ḡ terminus supponēs nō est subm istius tractatus.

Ad argumenta. Ad p̄mū dr̄. q̄ negat̄ ꝯn̄a: q̄z diuersimode ponitur hic: ꝛ in an̄p̄dicamētis: vt dcīm est in tertio notabili. ¶ Ad scḋm dr̄. q̄ distinguit̄ ꝯn̄s: q̄z icōplexūꝫ pōt capi dupl̄r. Uno⁹ formal̄r. s. p scḋa itētione: ꝛ isto mō nō est pars cōplexi. imo formal̄r distinguit̄ cōplexū ꝛ icomplexum. Alio mō pōt capi māl̄r. s. p eo cui attribuit̄ intētio incōplexi. ꝛ sic bene est pars cōplexi māl̄r sumpti: nec illo mō diuidit̄ cōtra cōplexū. ¶ Ad tertiū dr̄. q̄ lꝫ terminus supponēs sit q̄d cōplexū f̄ꝫ vocē: tn̄ est q̄d icōplexūꝫ f̄m intell̄m. ¶ Ad quartū dr̄ q̄ nō opꝫ tractatū semper denoiari a subto attributionis: sꝫ q̄n̄q̄ denoiat̄ a passiōe subti sic̄ iste: q̄n̄q̄ a discipulo sic̄ liber platonis a thimeo: q̄n̄q̄ a pte subiectiua: ꝛ q̄n̄q̄ ab aliquo supiori. ¶ Ad q̄ntū dr̄. q̄ lꝫ ens p accn̄s q̄d ē casuale ꝛ fortuitū non sit subiectū alicuius libri: tn̄ ens p accn̄s cui⁹ additamētū nō diminuit rōnē eius cui addit̄ bn̄ est subm attributionis alicuius tractat⁹: ꝛ sic est h̄ de termino supponēti.

¶ Terti⁹ modus vt hic sumit̄ est vox sicās vl̄e vel particulare: vt hō vel sortes: ꝛ sic de alijs. Termioꝝ aūt icomplexoꝝ vnusq̄sq̄ aut significat substāntiā: aut q̄litatē: aut q̄ntitatez: aut ad aliq̄d: aut agere: aut pati: aut vbi: aut q̄n̄: aut situs: aut habit⁹. Significatio vt hic sumit̄ est rei p vocē f̄m placitū rep̄ntatio. Quare cū oīs res aut sit vl̄is aut p̄ticularis opꝫ dictiōes non significātes vl̄e vel pticulare nō significare aliquid: ꝛ sic nō eēnt termini vt hic sumit̄ terminus: vt signa vl̄ia vel pticularia. Significatio alia ē rei substātiue: ꝛ hec fit p nomē substātiuū: vt hō. Alia est rei adiectiue: ꝛ hec fit p nomen adiectiuū vel p verbū: vt currit vel alb⁹ q̄ nō ꝓprie ē significatio substātiua vl̄ adiectiua: sꝫ significat aliq̄d substātiue vel adiectiue. Et significare aliq̄d adiectiue vel substātiue sunt modi vocūꝫ: q̄z adiectiuatio ꝛ substantiuatio sunt cōpotes modi ꝛ differētie rerūꝫ q̄ significant̄ ꝛ non significationes. Noīa vero substātiua dicitur supponere: sed noīa adiectiua vel verba dicuntur copulare.

¶ Postq̄ auctor supius posuit diuisiōnē dicibilis. Hic ꝯn̄r ponit diuisiōnē termini dicēs q̄ termin⁹ est vox significās vl̄e vel pticulare. In q̄ diuisiōne ponit̄ vox loco gn̄is: deinde addit̄ vl̄e vel pticulare. i. rem vl̄em vel pticularē ad dn̄iaꝫ sincathegoreumatū p̄uationū ꝛ negationū q̄ nō sūt termini vt h̄ capit̄ termin⁹: nec illis ꝯuenit suppōere aut copulare. vn̄ pꝫ q̄ signa vl̄ia vel pticularia: vt oīs nullus aliq̄s nō sunt termini: vt h̄ sumit̄ terminus q̄z signa vl̄ia vel pticularia nō significāt rē vl̄em vel pticularē: sꝫ significant q̄n̄ vniuersal̄r pro q̄nto denotāt terminū cōem supra quē cadunt teneri vl̄iter. i. pro oīb⁹ suis suppositis: vel particulariter idest pro aliquo.

Primo sciēdū q̄ termioꝝ icōplexoꝝ vnusq̄sq̄ aut significat subaꝫ aut q̄litatē ꝛc̄. q̄ quidē diuisio termini icōplexi ponit̄ in textu: ꝛ ēt h̄etur in p̄ncipio p̄dicamētoꝝ: sꝫ ꝓpter aliū finē habet̄ ibi: ꝛ in isto passu. nam in p̄dicamētis ponit̄ ad cognoscēdū numeꝝ p̄dicamentoꝝ: hic aūt ponit̄ ad cognoscēdū numerū terminorū supponētiū. vn̄ ibi nō diuidit̄ termin⁹ icōplexus in to-

in sua cōitate alias mēbra sit sumpta nō cāuerterent cū3
diuisaꝫ sal'ū diuidit' termin' icōplexus significans rem
vlē3 vel pticularē repñtabilē in pdicamēto. Ista aūt dif-
finitio est h ad duo necessario. Primū est ad videndū rē
significatā p terminū cuius nāe pdicamētalis sit. Scdm
est qr posteri' dicet' qm oia substātiua supponūt: noīa vo
adiectiua ⁊ etiā vba copulant ⁊ appellāt. hoc aūt sciri nā
pōt nisi ex pte rez significataꝝ p terminos: iō ista diuisa
scdario valꝫ ad sciendū q termini supponūt ⁊ q copulāt.

Secundo sciēdū q auctor ꝯūr ponit diffōnē signi-
ficationis termini dicēs q significatia
termini est rei p vocē fm plurimū repñtatia. In q diffi
nitione ponit' repñtatio loco generis. deinde ponit' rei ad
drīaꝫ significatiōis dictionū sincathegoreumaticaꝝ. q g-
dē dictiā es nō significāt res ſ3 dispōnes reꝝ: ⁊ ibi capitur
res p illo qd pōt alteri illoꝝ subijci vel de altero pdicari.
deide ponit' per vocē ad drīaꝫ significatiarū scripturaꝝ.
vltimo ponit' fm plurimū ad drīaꝫ significatiarū nālis.
⁊ sic pꝫ itellectus diffōnis ex q ifert auctor in textu q cū
oia res sit vlis vel pticularis oꝫ dictiōes nā significātes
vle vel pticulare. s. rem vlē3 vel pticularē nihil significa
re vt h sumit' significatia. ⁊ sic nā esse terminos vt h capi
tur terminus. vñ aliter determinat' h de icōplexis ⁊ in li
bro pdicabiliū ⁊ pdicamētoꝝ: qr in illis determinat' de i-
cōplexis sub rōne pdicabilia vel ordinabilia in genere. h
autē determinatur de ipsis in habitudine ad rē quā signi
ficant fm quā ipsis conuenit supponere vel copulare ap-
pellare ⁊ restringere ⁊ ampliare.

Tertio sciēdū q duplex ē significatio: qdā est nālis
sic passiones in aia nra ex'ūtes nāliter signifi
cāt res quaꝝ sunt ex'pse silitudines: ⁊ de tali nā itellr h.
Alia est significatio ad placitū. ⁊ talis est duplex q daꝫ est
pmo ⁊ p se ad placitū sic est significatio platarū vocū si-
gnificatiuarū ad placitū: ⁊ talis solū h diffinit'. Alia ē ad
placitū scdario siue ex ꝯñti: ⁊ de tali nō ē h ad ppositū.

Quarto sciēdū q vt dr in textu significationū alia
est rei substātiue q fit p nomē substātiuū
alia rei adiectiue q fit p nomē adiectiuū seu p vbū. Cuius
diuisionis rō ē: qr ois res significat' vt in se aut in alia. Si
pmū sic est significatio substātiua. Si scdm sic ē significa
tio adiectiua. vñ hec diuisia sumit' ex pte rei significate:
qr substātiuatio ⁊ adiectiuatio sūt modi reꝝ: nō tñ absa-
lute ſ3 rerū significataꝝ p terminos. eo q ē eadē res q in
accñtib' significat' p adiectiuū ⁊ substātiuū: sic p albū ⁊
albedinē: ⁊ tñ in vna ē significatia adiectiua: ⁊ i alia sub-
stātiua. albū eni significat formā accñtalē vt alteri iherē
tē: albedo vo eā significat vt p se stātē ⁊ nō vt alteri iherē
tē. Ex qb' pꝫ qd ē terminus: ⁊ qd sit significatia termini. ⁊
quō diuidit' significatio: ⁊ q ē diuisia termini.

Contra predicta arguit' p sic: vni' rei est tñ
vna diffinitio: ſ3 termini ē
alia diffō. s. q termin' ē oro idicās qd ē ē rei. g hec nā ē
sufficiēs. ¶ Scdo sic ꝯ diffōnē significatōis: qr si eēt suf-
ficiēs seqret' q termini vles nihil significarent. ꝯña te-
net: qr nō pñt significare nisi rē vlē3 ſ3 nulla res est vlis
ex pte rei. g termini cōes nihil significant. ¶ Tertio sic:
oīa ⁊ nullus aliqd significāt. s. q̄titatē: ⁊ tñ nō repñtāt rē
ſ3 plūi. g diffō nō ꝯuenit oī ꝯtēto sub diffinito. ¶ Quar-
ta sic: hec diffinitio nā ꝯuenit significatiarū passionū que
sunt in aīa nec significatiarū scripturarū. g non ꝯuenit oī
ꝯtēto sub diffinito. ¶ Quinto sic: si ista diffinitio eēt suffi
ciēs seqret' q termini scde itētionis nihil significarēt qd
est falsū3. ꝯña tenet qr nō repñtant rē. ſ3 ens rōnis tñ.

Ad argumenta. Ad pmū dicit' q termin' vt
sufficit in proposito capit' du
plr. vno mō p diffōne q̄dītatiua rei. ⁊ isto mō accipit' ab
Arista. p thopicoꝝ. vbi dr q terminus est oro idicās qd ē
esse rei p essentialia. Alio mō capit' terminus p eo in quē
resoluit' ppositio. ⁊ isto mō accipit' ab Aristo in p poꝝ. ⁊ a
pe. his. i p tractatu vbi dicit q qdā ppōnes cathegorice
pticipāt vtraq3 terminare ⁊ etiā in isto tractatu in pñti dif-
finitiōe. ¶ Ad 2m dr q negatur ꝯña. ⁊ ad pbationē dr q
res a pte rei sunt vles in potentia ſ3 nō fm actū vlitatis.
¶ Ad 3m dr. q negat' maior: ⁊ ad pbationē dr q nā signi
ficāt q̄titatē ppē dictā q est res nāe: ſ3 significant q̄tita-
tē metaphorice sumptā q nā est res vt ibi accipit'. ¶ Ad
q̄rtū dr. q saluit' ex tertio notabili. ¶ Ad q̄ntū dr. q ter-
mini scde itentiōis significāt rē hñtem esse rōnis: ſ3 non
habentē esse reale: ⁊ hoc sufficit ad hoc q habeāt signifi-
cationē ad placitū: de qua est hic ad ppositum.

¶ Suppositio ē acceptio termini substātiui p
aliquo. Differūt aūt suppositio ⁊ significatio:
qr significatio fit per ipositionē vocis ad signi-
ficandū3 rem. Suppositio est acceptio termi-
ni iam significātis rem p aliquo: vt cum dr hō
currit. iste terminus hō tenetur stare pro sorte
platone: ⁊ sic de alijs. Vñ significatio prior ē
suppōne ⁊ differūt in hoc: qr significatio ē vo
cis: suppositio vero est termini iā3 cōpositi ex
voce ⁊ significatiōe. ergo supponere ⁊ signifi
care nō sunt idē3: ſ3 differunt per locū a conju
gatis. Itē significatio est signi ad signatū. sup-
positio vero est supponētis ad suppositū. ergo
suppositio non est significatio. Copulatio est
acceptio termini adiectiui pro aliquo.

¶ Pastq3 auctor posuit diffōnē termini ⁊ significatōis: ⁊
ēt diffōnes eoꝝdē. Hic ꝯūr diffinit suppōnē dicēs. Sup
positio ē acceptio termini substātiui p aliq. vñ in pdicta
diffōne ponit' acceptio loco gñis: ⁊ ponit' termini substā-
tiui ad drīaꝫ copulatiōis q ē ppetas termini adiectiui: ⁊
ponit' p aliq. i. p re significata ad drīaꝫ suppōnis grāma
ticalis q est relatio suppositi ad appositū: de qua nō ē hic
ad ppositū. ⁊ ille ablatiuus aliqua nō tenet' in diffōne p
pticulari supposita: sed tenet' cathegorice p re vel ente.
vnde pꝫ q diffinitio pdicta est sufficiens: ⁊ posset pbari
p cōditiōes bone diffinitiōis que sibi cōuenuint.

Primo sciēdū q suppositio pt capi dupl'r. vna mō
pro suppōne reali sicut dicim' q pories sup
ponit fundamētū: ⁊ de tali nā est hic ad ppositum. Alio
mō pōt capi vt est ppietas vocis significatiue: ⁊ talis ē
duplex qr pōt capi vt est relatio termini supponentis ad
rem suppositā q suppositia est in termino actiue: sic in eo
qd ponit sub se rē significatā per ipm: ⁊ est in re passiue: ⁊
sic de suppōne est hic ad ppositū. Alia mō pōt capi vt est
relatio suppositi ad appositū: sicut in grāmatica nomen
supponit verbo: ⁊ de tali nō est hic ad ppositum.

Secundo sciendū q termin' substātiu' supponit
extra ppōnē ⁊ in ppōe qr ad suppōnē:
vt hic capit' sufficit res substātiue significata cū termino
substātiuo accepta p illa re: qr suppō nō dicit nisi relatio
nē termini ad rem per ipm significatā. mō termin' sub-
stātiu' extra ppōnē pōt accipi pro re significata p ipm: ⁊
etiā in ppōne. iō ⁊c. vñ ponētes adiectiuū supponere: vt
Buridanus abutunt' suppōne: qr res adiectiue significa
ta nō h3 modū suppositi ſ3 forme alteri inherentis.

Tertio sciēdū q drīa est inter suppositionē ⁊ signi-
ficationē vt dicit' in textu: qr significatio ē
ppietas vocis imposite ad significandū rem. ſ3 supposi-

tio est ꝓprietas termini iã rez significãtis. Ex quo sequitur alia drĩa: q2 significatio est ipsi⁹ vocis: ſ3 suppositio est termini ꝯpositi ex voce ꝛ significatiõe. Itẽ differũt q2 significatio ẽ relatio signi ad signatũ. suppõ vo ẽ relatio termini supponẽtis ad rẽ suppositã. vñ l3 suppõ aliqd supaddat significationi. ꝛ sit in mĩu⁹ q̃tũ ad ea in qb⁹ reperiunt: nõ tñ est essentialr significatio q2 nõ addit significatõi sicut spẽs generi vel iferi⁹ supiori: ſ3 noiat aliã ꝓpetatẽ a significatiõe: minus tñ cõez ꝛ psupponẽtẽ significationẽ: sicut dicimus q albedo psupponit supficiẽ in suo subo. Significatio eni repitur tã in termino substãtiuo q̃3 adiectiuo. Suppositio vo solũ repitur in termino substãtiuo.

